

SAMMLUNG TUSCULUM

Wissenschaftliche Beratung:

Gerhard Fink, Manfred Fuhrmann, Fritz Graf,
Erik Hornung, Rainer Nickel

MARCUS TULLIUS CICERO

ATTICUS-BRIEFE

Lateinisch – deutsch

Herausgegeben und übersetzt
von Helmut Kasten

ARTEMIS & WINKLER

CIP-Titelaufnahme der Deutschen Bibliothek

Cicero, Marcus Tullius:

Atticus-Briefe : lateinisch-deutsch / Marcus Tullius Cicero.

Hrsg. und übers. von Helmut Kasten. – 5. Aufl.

Düsseldorf; Zürich: Artemis und Winkler, 1998

(Sammlung Tusculum)

Einheitssacht.: Epistulae ad Atticum

ISBN 3-7608-1518-9

NE: Kasten, Helmut [Hrsg.];

Atticus, Titus Pomponius [Adressat];

Cicero, Marcus Tullius: [Sammlung]

5. Auflage

© 1990, 1998 Artemis & Winkler Verlag, Düsseldorf/Zürich 1998
Alle Rechte, einschließlich derjenigen des auszugsweisen Abdrucks,
der fotomechanischen und elektronischen Wiedergabe, vorbehalten.

Druck: Weihert Druck, Darmstadt

Verarbeitung: Pustet, Regensburg

Printed in Germany

ISBN 3-7608-1518-9

INHALT

Text und Übersetzung	
Buch I	6
Buch II	82
Buch III	154
Buch IV	204
Buch V	266
Buch VI	328
Buch VII	384
Buch VIII	462
Buch IX	526
Buch X	610
Buch XI	676
Buch XII	738
Buch XIII	824
Buch XIV	912
Buch XV	974
Buch XVI	1046
Anhang	
Einführung	1100
Erläuterungen	1106
Bemerkungen zur Textgestaltung	1178
Personen-Register	1186
Geographisches Register	1201
Zeittafel	1206
Konkordanz	1209
Nachwort	1216

LIBER PRIMUS

CICERO ATTICO SAL.

1 (5)

Quantum dolorem acceperim et quanto fructu sim 1
privatus et forensi et domestico Luci fratris nostri
morte, in primis pro nostra consuetudine tu existimare
potes. nam mihi omnia, quae iucunda ex humanitate
alterius et moribus homini accidere possunt, ex illo
accidebant. qua re non dubito, quin tibi quoque id
molestum sit, cum et meo dolore moveare et ipse
omni virtute officioque ornatissimum tuique et sua
sponte et meo sermone amantem ad finem amicumque
amiseris.

Quod ad me scribis de sorore tua, testis erit tibi 2
ipsa, quantae mihi curae fuerit, ut Quinti fratris ani-
mus in eam esset is, qui esse deberet. quem cum esse
offensiosem arbitrarer, eas litteras ad eum misi, quibus
et placarem ut fratrem et monerem ut minorem et
obiurgarem ut errantem. itaque ex iis, quae postea
saepe ab eo ad me scripta sunt, confido ita esse omnia,
ut et oporteat et velimus.

De litterarum missione sine causa abs te accusor; 3
numquam enim a Pomponia nostra certior sum factus
esse, cui dare litteras possem, porro autem neque
mihi accidit, ut haberem, qui in Epirum proficiscere-
tur, nequedum te Athenis esse audiebamus.

De Acutiliano autem negotio: quod mihi mandaras, 4
ut primum a tuo digressu Romam veni, confeceram;
sed accidit, ut et contentione nihil opus esset et ut ego,
qui in te satis consilii statuerim esse, malletm Pedu-
caeam tibi consilium per litteras quam me dare.
etenim cum multos dies aures meas Acutilio dedis-
sem, cuius sermonis genus tibi notum esse arbitror,
non mihi grave duxi scribere ad te de illius queri-
moniis, cum eas audire, quod erat subdiosum, leve

ERSTES BUCH

I (5)

Wie schwer ich getroffen bin durch den Tod meines Veters Lucius, welchen Verlust in meinem öffentlichen und privaten Dasein er für mich bedeutet, vermagst bei unserer engen Freundschaft vor allem Du nachzuempfinden. Was einem Menschen durch eines andern freundliches Wesen an Annehmlichkeiten zuteil werden kann, hat er mir zuteil werden lassen. So ist gewiß auch Dir sein Tod schmerzlich; denn mein Schmerz trifft auch Dich, und auch Du hast in ihm einen Angehörigen und Freund verloren, den gefälliges Wesen und Charakter in jeder Beziehung zierten, und der Dir an und für sich und durch das, was ich ihm von Dir erzählte, herzlich ergeben war.

Wenn Du nun wegen Deiner Schwester an mich schreibst, so wird sie Dir selbst bezeugen, wie sehr ich mich darum bemüht habe, daß das Verhältnis meines Bruders Quintus zu ihr so sei, wie wir es erwarten. Er war wohl recht aufgebracht, und so habe ich ihm einen Brief geschrieben, der ihn als Bruder besänftigen, als Jüngeren ermahnen, als Irrenden zurechtweisen sollte. Seither hat er mir mehrfach geschrieben, und ich habe den Eindruck gewonnen, daß jetzt alles ist, wie es sein soll und wir es wünschen.

Mich wegen meines Nichtschreibens zu tadeln, hast Du keinen Grund. Denn nicht ein einziges Mal hat mir unsere Pomponia Nachricht gegeben, wem ich einen Brief mitgeben könnte; auch fand ich selbst niemanden, der gerade nach Epirus reiste, und wußte auch noch gar nicht, daß Du in Athen bist.

Was Du mir in dem Handel mit Acutilius aufgetragen hast, habe ich, sobald ich nach Deiner Abreise nach Rom kam, zu erledigen gesucht. Es hat sich aber herausgestellt, daß wir uns nicht zu eilen brauchen, und mir wäre es auch lieber, wenn Du, bei dem ich genügend Einsicht voraussetze, Dir von Peducaeus brieflich Rat erteilen liebest als von mir. Acutilius hat mir nämlich mehrere Tage in den Ohren gelegen – seine Art zu reden kennst Du ja –, und somit ist es an sich auch wohl keine große Sache, Dir über seine Klagen zu berichten, da ich es ja für eine Kleinigkeit angesehen hatte,

putassem. sed abs te ipso, qui me accusas, unas mihi scito litteras redditas esse, cum et otii ad scribendum plus et facultatem dandi maiorem habueris.

Quod scribis etiam, si cuius animus in te esset offensor, a me recolligi oportere, video, quid dicas, neque id neglexi, sed est miro quodam modo adfectus. ego autem, quae dicenda fuerunt de te, non praeterii; quid autem contendendum esset, ex tua putabam voluntate statuere oportere. quam si ad me perscripseris, intelleges me neque diligentio rem esse voluisse, quam tu esses, neque negligentio rem fore, quam tu velis.

De Tadiana re mecum Tadius locutus est te ita scripsisse, nihil esse iam, quod laboraretur, quoniam hereditas usu capta esset. id mirabamur te ignorare, de tutela legitima, in qua dicitur esse puella, nihil usu capi posse.

Epiroticam emptionem gaudeo tibi placere. quae tibi mandavi et quae tu intelleges convenire nostro Tusculano, velim, ut scribis, cures, quod sine molestia tua facere poteris. nam nos ex omnibus molestiis et laboribus uno illo in loco conquiescimus.

Quintum fratrem cotidie exspectamus. Terentia magnos articulorum dolores habet. et te et sororem tuam et matrem maxime diligit salutemque tibi plurimam adscribit et Tulliola, deliciae nostrae. cura, ut valeas et nos ames et tibi persuadeas te a me fraterne amari.

CICERO ATTICO SAL.

2 (6)

Non committam posthac, ut me accusare de epistularum negligentia possis; tu modo videto, in tanto otio ut par in hoc mihi sis.

Domum Rabirianam Neapoli, quam tu iam dimensam et exaedificatam animo habebas, M. Fonteius emit HS CCCIOOOXXX. id te scire volui, si quid forte ea res ad cogitationes tuas pertineret.

sie anzuhören, was in Wirklichkeit freilich recht verdrießlich war. Aber ich habe ja auch von Dir, der Du mir Vorwürfe machst, bisher erst einen Brief erhalten, obwohl Du mehr Zeit zum Schreiben und eher Gelegenheit zur Beförderung hast.

Du sagst auch, wenn jemand ziemlich erbost auf Dich sei, müsse ich ihn versöhnen. Ich verstehe, was Du meinst, und habe es auch versucht, aber der Mann ist furchtbar verstimmt. Was über Deine Einstellung zu sagen war, habe ich vorgebracht; aber wie weit ich gehen sollte, muß sich, wie ich meine, nach Deinen Absichten richten; schreib mir darüber, und Du wirst sehen, ich wollte nur nicht gewissenhafter sein als Du selbst, werde aber auch nicht lässiger sein, als Du es wünschst.

Was die Sache mit Tadius angeht, so hat er mir erzählt, Du habest ihm in dem Sinne geschrieben, er brauche sich nicht mehr aufzuregen, die Erbschaft sei verjährt. Sonderbar! Du weißt also nicht, daß bei einer gesetzmäßigen Vormundschaft, unter der doch das Mädchen angeblich steht, nichts verjähren kann!

Wie schön, daß Du mit Deiner Erwerbung in Epirus zufrieden bist! Was ich Dir für mein Tusculanum aufgetragen habe und was Dir passend für dieses erscheint, besorge nur, viel Schwierigkeiten wird es Dir ja nicht machen. Ich finde ja einzig an jenem Orte Ruhe nach allen Mühen und Beschwerden.

Bruder Quintus erwarte ich täglich. Terentia leidet sehr an Rheumatismus; Dir sowie Deiner Schwester und Mutter ist sie herzlich zugetan und läßt Dich herzlich grüßen; ebenso die kleine Tullia, mein Liebling. Bleib gesund, behalt mich lieb und sei überzeugt, daß ich Dich innig liebe!

(Rom, im November 68)

2 (6)

Ich möchte Dir nicht noch einmal Veranlassung geben, Dich über meine Nachlässigkeit im Briefschreiben zu beschweren. Sieh Du nur zu, daß Du es mir bei Deiner vielen Freizeit darin gleichtust!

Rabirius' Haus in Neapel, das Du schon vermessen und fertig gebaut vor Augen hast, hat M. Fonteius für 130 000 Sestertien gekauft. Das wollte ich Dich wissen lassen für den Fall, daß es Deine Dispositionen irgendwie beeinflußt.

Quintus frater, ut mihi videtur, quo volumus animo 2
est in Pomponiam et cum ea nunc in Arpinatibus praediis erat et secum habebat hominem *χρηστομαθῆ*, D. Turranium.

Pater nobis decessit a. d. VIII Kal. Dec.

Haec habebam fere, quae te scire vellem. tu velim, si qua ornamenta *γυμνασιώδη* reperire poteris, quae loci sint eius, quem tu non ignoras, ne praetermittas. nos Tusculano ita delectamur, ut nobismet ipsis tum denique, cum illo venimus, placeamus.

Quid agas omnibus de rebus et quid acturus sis, fac nos quam diligentissime certiores.

CICERO ATTICO SAL. 3 (7)

Apud matrem recte est, eaque nobis curae est.

L. Cincio HS XXCD constitui me curaturum Id. Februariis.

Tu velim ea, quae nobis emisse et parasse scribis, des operam ut quam primum habeamus. et velim cogites, id quod mihi pollicitus es, quem ad modum bibliothecam nobis conficere possis. omnem spem delectationis nostrae, quam, cum in otium venerimus, habere volumus, in tua humanitate positam habemus.

CICERO ATTICO SAL. 4 (8)

Apud te est, ut volumus. mater tua et soror a me 1
Quintoque fratre diligitur.

Cum Acutilio sum locutus. is sibi negat a suo procuratore quidquam scriptum esse et miratur istam controversiam fuisse, quod ille recusarat satis dare amplius abs te non peti.

Quod te de Tadiano negotio decidisse scribis, id ego Tadio et gratum esse intellexi et magno opere iucundum.

Ille noster amicus, vir mehercule optimus et mihi amicissimus, sane tibi iratus est. hoc si quanti tu aestimes sciam, tum, quid mihi elaborandum sit, scire possim.

Bruder Quintus steht mit Pomponia anscheinend so, wie wir es wünschen, ist mit ihr augenblicklich auf seinen Gütern bei Arpinum und hat einen beschlagenen Mann, D. Turranius, bei sich zu Besuch.

Unser Vater ist am 23. November von uns gegangen.

Das ist etwa das, was ich Dir mitzuteilen habe. Wenn Du ein paar Schmuckstücke für das Gymnasium auftreiben kannst, die für die Dir wohlbekannte Stelle passen, laß sie Dir bitte nicht entgehen! Ich habe an meinem Tusculanum solche Freude, daß ich erst dann mit mir selbst zufrieden bin, wenn ich dort weile.

Laß mich recht ausführlich wissen, was Du so treibst und vorhast!

(Rom, Ende November 68)

3 (7)

Mit Deiner Mutter ist alles in Ordnung; ich Sorge für sie.

L. Cincius werde ich am 13. Februar 20 400 Sestertien auszahlen.

Sorge bitte dafür, daß ich möglichst bald bekomme, was Du, wie Du schreibst, für mich gekauft und erworben hast. Überleg' Dir bitte auch, wie versprochen, wie Du mir eine Bibliothek verschaffen kannst. An Deiner Liebenswürdigkeit hängt all meine Hoffnung auf die Freuden, die ich mir ersehne, wenn ich in die Ferien gehe.

(Rom, Ende November 68)

4 (8)

Bei Dir zu Hause steht alles nach Wunsch, ich und Bruder Quintus halten Deine Mutter und Schwester lieb und wert.

Mit Acutilius habe ich gesprochen; er behauptet, von seinem Vertreter überhaupt nichts Schriftliches erhalten zu haben, und ist erstaunt, daß dies der Streitpunkt ist, daß jener eine Bürgschaft dafür abgelehnt hat, daß später kein weiterer Anspruch an Dich gestellt werden dürfe.

Tadius' Sache hast Du also in Ordnung gebracht. Ich kann mir vorstellen, daß ihm das willkommen und äußerst angenehm ist.

Unser alter Freund, wirklich ein tadelloser Mann und mir herzlich ergeben, ist Dir sehr böse; wenn ich wüßte, wie ernst Du das nimmst, könnte ich mir ein Bild machen, wie weit ich mich darum bemühen muß.

L. Cincio HS CCIOO CCIOO CCCC pro signis Megaricis, ut tu ad me scripseras, curavi. Hermae tui Penteleici cum capitibus aeneis, de quibus ad me scripsisti, iam nunc me admodum delectant. qua re velim et eos et signa et cetera, quae tibi eius loci et nostri studii et tuae elegantiae esse videbuntur, quam plurima quam primumque mittas, et maxime quae tibi gymnasii xystique videbuntur esse. nam in eo genere sic studio efferimur, ut abs te adiuvandi, ab aliis prope reprehendendi simus. si Lentuli navis non erit, quo tibi placebit, imponito.

Tulliola, deliciolae nostrae, tuum munusculum flagitat et me ut sponsorem appellat; mihi autem abiurare certius est quam dependere.

CICERO ATTICO SAL. 5 (9)

Nimum raro nobis abs te litterae adferuntur, cum et multo tu facilius reperias, qui Romam proficiscantur, quam ego, qui Athenas, et certius tibi sit me esse Romae quam mihi te Athenis. itaque propter hanc dubitationem meam brevior haec ipsa epistula est, quod, cum incertus essem, ubi esses, nolebam illum nostrum familiarem sermonem in alienas manus devenire.

Signa Megarica et Hermas, de quibus ad me scripsisti, vehementer exspecto. quidquid eiusdem generis habebis, dignum Academia tibi quod videbitur, ne dubitaris mittere et arcae nostrae confidito. genus hoc est voluptatis meae; quae *γυμνασιώδη* maxime sunt, ea quaero. Lentulus naves suas pollicetur. peto abs te, ut haec diligenter cures.

Thyillus te rogat et ego eius rogatu *Ἐδμολπιδῶν πατέρα*.

CICERO ATTICO SAL. 6 (10)

Cum essem in Tusculano (erit hoc tibi pro illo tuo „cum essem in Ceramico“, verum tamen cum

L. Cincius habe ich für die megarischen Standbilder die von Dir angegebene Summe, 20 400 Sestertien, überwiesen. Auf Deine pentelischen Hermen mit den Bronzeköpfen, von denen Du schreibst, freue ich mich schon jetzt; darum schick' sie mir, und Standbilder und was sonst für den Platz paßt und meiner Schwärmerei sowie Deinem Geschmack entspricht, möglichst viel und möglichst bald, vor allem solche Stücke, die sich für das Gymnasium und die Arkaden eignen. Auf diese Dinge bin ich nämlich so versessen, daß Du diese meine Leidenschaft fördern, andere sie fast tadelnswert finden müßten. Wird es mit Lentulus' Schiff nichts, dann verlade die Sachen, wie Du es für richtig hältst.

Meine Wonne, die kleine Tullia, fordert Dein Geschenkchen und mahnt mich als Bürgen; aber mir ist es sicherer, das abzuschwören, als für Dich zu zahlen.

(Rom, Ende Februar 67)

5 (9)

Allzu selten erhalte ich einen Brief von Dir, obwohl Du leichter jemanden findest, der nach Rom, als ich jemanden, der nach Athen reist, und obwohl Du sicherer bist, daß ich in Rom bin, als ich, daß Du in Athen weilst. Wegen dieser meiner Ungewißheit ist auch der vorliegende Brief etwas kurz geraten; weiß ich doch nicht genau, wo Du bist, und möchte nicht, daß unser vertrautes Zwiegespräch in fremde Hände gerät.

Die megarischen Standbilder und die Hermen, von denen Du mir schreibst, erwarte ich sehnsüchtig. Alles Derartige, sofern es Dir in meine Akademie zu passen scheint, schick mir nur ja; um meinen Geldbeutel braucht Dir nicht bange zu sein. Das ist nun so mein Vergnügen: ich suche nach Dingen, die sich für mein Gymnasium eignen. Lentulus stellt mir seine Schiffe zur Verfügung. Besorg' das also bitte gewissenhaft!

Thyllus bittet Dich, und ich in seinem Namen, um die Riten der Eumolpiden.

(Rom, März/April 67)

6 (10)

Als ich auf dem Tusculanum war – das ist so viel, wie wenn Du sagst „als ich auf dem Ceramicus war“ –, also als ich dort war, kam

ibi essem, Roma puer a sorore tua missus epistolam mihi abs te adlatam dedit nuntiavitque eo ipso die post meridiem iturum eum, qui ad te proficisceretur. eo factum est, ut epistolae tuae rescriberem aliquid, brevitate temporis tam pauca cogerer scribere.

Primum tibi de nostro amico placando aut etiam 2 plane restituendo polliceor. quod ego etsi mea sponte ante faciebam, eo nunc tamen et agam studiosius et contendam ab illo vehementius, quod tantam ex epistula voluntatem eius rei tuam perspicere videor. hoc te intellegere volo, pergraviter illum esse offensum; sed quia nullam video gravem subesse causam, magno opere confido illum fore in officio et in nostra potestate.

Signa nostra et Hermeraclas, ut scribis, cum com- 3 modissime poteris, velim imponas, et si quod aliud *ολκείον* eius loci, quem non ignoras, reperies, et maxime, quae tibi palaestrae gymnasiique videbuntur esse. etenim ibi sedens haec ad te scribebam, ut me locus ipse admoneret. praeterea typos tibi mando, quos in tectorio atrio possim includere, et putealia sigillata duo.

Bibliothecam tuam cave cuiquam despondeas, 4 quamvis acrem amatorem inveneris; nam ego omnes meas vindemiolas eo reservo, ut illud subsidium senectuti parem.

De fratre confido ita esse, ut semper volui et elab- 5 boravi. multa signa sunt eius rei, non minimum, quod soror praegnans est.

De comitiis meis et tibi me permisisse memini et 6 ego iam pridem hoc communibus amicis, qui te expectant, praedico, te non modo non arcessi a me sed prohiberi, quod intellegam multo magis interesse tua te agere, quod agendum esset hoc tempore, quam mea te adesse comitiis. proinde eo animo te velim esse, quasi mei negotii causa in ista loca missus esses; me autem eum et offendes erga te et audies, quasi mihi,

aus Rom ein Bote von Deiner Schwester, brachte mir einen Brief von Dir und sagte mir, am gleichen Nachmittag werde ein Kurier an Dich abgehen. So kommt es, daß ich Deinen Brief zwar beantworte, aber aus Zeitmangel mich auf diese kurzen Mitteilungen beschränken muß.

Zunächst verspreche ich Dir, alles zu versuchen, um unsern Freund zu versöhnen und möglichst das alte Freundschaftsverhältnis völlig wiederherzustellen. Von mir aus versuche ich das schon lange; aber jetzt, wo ich aus Deinem Briefe entnehme, wie großen Wert Du darauf legst, will ich mich noch eifriger bemühen und um so stärker in ihn dringen. Du mußt Dir darüber klar sein, er fühlt sich sehr schwer beleidigt; andererseits sehe ich keinen ernstern Grund dahinter, und so hoffe ich sehr, daß er sich zugänglich zeigt und sich mir fügt.

Meine Standbilder und Herculesbüsten und was Du sonst noch Passendes für den Dir wohlbekannten Ort findest, besonders wenn es sich Deiner Meinung nach für die Palästra oder das Gymnasium eignet, laß bitte, wie beabsichtigt, verladen, sobald sich eine einigermaßen brauchbare Gelegenheit findet. Denn da sitze ich gerade, während ich diesen Brief schreibe, und so mahnt mich schon die Stätte. Außerdem bitte ich Dich um kleine Reliefs, die ich in die Stuckwände des Atriums einarbeiten lassen kann, und zwei Brunneneinfassungen mit Figurenschmuck.

Deine Bibliothek versprich um Gottes willen niemandem, magst Du auch einen noch so feurigen Liebhaber finden; ich halte alle meine kleinen Ersparnisse fest, um mir in ihr eine Zufluchtsstätte für das Alter zu schaffen.

Mit meinem Bruder steht es hoffentlich so, wie ich es immer von ganzem Herzen gewünscht habe. Manches deutet darauf hin, nicht zum wenigsten der Umstand, daß Deine Schwester guter Hoffnung ist.

Betreffs meiner Wahl habe ich es Dir doch anheimgestellt und erkläre das auch immer wieder unsern gemeinsamen Freunden, die mit Deinem Kommen rechnen, daß ich Dich nicht nur nicht bitte herzukommen, sondern Dir geradezu abrate, weil ich weiß, es ist für Dich viel wichtiger, Du erledigst Deine zur Zeit fälligen Geschäfte, als für mich Deine Anwesenheit bei meiner Wahl. Darum denk' bitte, Du seist in meinem Interesse in jene Gegenden gegangen; ich werde, falls ich gewinne, so sprechen und mich Dir gegenüber

si quae parta erunt, non modo te praesente sed per te parta sint.

Tulliola tibi diem dat, sponsorem non appellat.

CICERO ATTICO SAL. 7 (11)

Et mea sponte faciebam antea et post duabus epistulis tuis perdiligenter in eandem rationem scriptis magno opere sum commotus. eo accedebat hortator adsiduus Sallustius, ut agerem quam diligentissime cum Luceio de vestra vetere gratia reconcilianda. sed cum omnia fecissem, non modo eam voluntatem eius, quae fuerat erga te, recuperare non potui, verum ne causam quidem elicere immutatae voluntatis. tametsi iactat ille quidem illud suum arbitrium et ea, quae iam tum, cum aderas, offendere eius animum intellegebam, tamen habet quiddam profecto, quod magis in animo eius insederit, quod neque epistulae tuae neque nostra legatio tam potest facile delere, quam tu praesens non modo oratione sed tuo vultu illo familiari tolles, si modo tanti putaris, id quod, si me audies et si humanitati tuae constare voles, certe putabis. ac ne illud mirere, cur, cum ego antea significarem tibi per litteras me sperare illum in nostra potestate fore, nunc idem videar diffidere, incredibile est, quanto mihi videatur illius voluntas obstinatio et in hac iracundia firmatio. sed haec aut sanabuntur, cum veneris, aut ei molesta erunt, in utro culpa erit.

Quod in epistula tua scriptum erat me iam arbitrari designatum esse, scito nihil tam exercitum esse nunc Romae quam candidatos omnibus iniquitatibus nec, quando futura sint comitia, sciri. verum haec audies de Philadelpho.

Tu velim, quae nostrae Academiae parasti, quam primum mittas. mire quam illius loci non modo usus, sed etiam cogitatio delectat.

verhalten, als ob ich nicht nur in Deiner Gegenwart, sondern auch durch Deinen Beistand gewonnen hätte.

Die kleine Tullia macht Dir den Prozeß; den Bürgen mahnt sie nicht.
(Tusculanum, im Mai 67)

7 (11)

Schon immer habe ich auf eigene Hand versucht, so gewissenhaft wie möglich mit Luceius über die Wiederherstellung Eures alten Vertrauensverhältnisses zu verhandeln; als Du mir dann zweimal in demselben Sinne dringend schriebest, habe ich mich kräftig gerührt; nun kommt auch noch Sallust als beständiger Antreiber dazu. Aber trotz aller Bemühungen ist es mir nicht gelungen, ihn in das frühere Verhältnis zu Dir zu bringen, ja auch nur der wahren Ursache seiner Sinnesänderung auf den Grund zu kommen. Zwar redet er dauernd von dem bewußten, zu seinen Ungunsten ausgefallenen Schiedsspruch und von etwas, was ihn schon damals während Deines Hierseins gekränkt habe – ich habe es damals auch gleich gemerkt –, aber er hat noch etwas, was ganz tief in seiner Seele haftet, und das werden schwerlich Deine Briefe oder meine Vermittlung beseitigen; eher wirst Du in persönlicher Aussprache etwas erreichen, vor allem dadurch, daß er Dein vertrautes Antlitz vor sich sieht, wenn anders Du Dir so viel davon versprichst, wie Du es sicher tust, wenn Du auf mich hörst und Dir in Deiner Leutseligkeit treu bleiben willst. Wundere Dich nicht, wenn es so aussieht, als hätte ich jetzt kein richtiges Vertrauen mehr, wo ich Dir bisher in meinen Briefen der Hoffnung Ausdruck gab, er werde sich mir fügen; es ist aber auch kaum zu glauben, wie viel hartnäckiger und störrischer er mir jetzt erscheint. Doch das wird sich geben, wenn Du kommst, oder dem zur Last fallen, der sich schuldig fühlt.

Wenn Du schreibst, Du nimmst an, ich sei schon designiert, so laß Dir sagen: die Amtsbewerber sind zur Zeit die am meisten geplagten Menschen in Rom; nichts wie Schikanen, und wann die Wahlen sind, weiß kein Mensch. Aber davon wird Dir Philadelphus erzählen.

Schick' mir doch bitte Deine Erwerbungen für meine Akademie, sobald Du kannst. Sonderbar, wie das Verweilen an diesem Platze, ja der Gedanke an ihn mich beglückt.

Libros vero tuos cave cuiquam tradas; nobis eos, quem ad modum scribis, conserva. summum me eorum studium tenet sicut odium iam ceterarum rerum; quas tu incredibile est quam brevi tempore quanto deteriores offensurus sis, quam reliquisti.

CICERO ATTICO SAL. 8 (3)

Aviam tuam scito desiderio tui mortuam esse, et simul quod verita sit, ne Latinae in officio non manerent et in montem Albanum hostias non adducerent. eius rei consolationem ad te L. Saufeium missurum esse arbitror.

Nos hic te ad mensem Ianuarium exspectamus ex quodam rumore an ex litteris tuis ad alios missis; nam ad me de eo nihil scripsisti.

Signa quae nobis curasti, ea sunt ad Caietam exposita. nos ea non vidimus; neque enim exeundi Roma potestas nobis fuit. misimus, qui pro vectura solveret. te multum amamus, quod ea abs te diligenter parvoque curata sunt.

Quod ad me saepe scripsisti de nostro amico placando, feci et expertus sum omnia, sed mirandum in modum est animo abalienato. quibus de suspicionibus etsi audisse te arbitror, tamen ex me, cum veneris, cognosces. Sallustium praesentem restituere in eius veterem gratiam non potui. hoc eo ad te scripsi, quod is me accusare de te solebat. in se expertus est illum esse minus exorabilem, meum studium nec sibi nec tibi defuisse.

Tulliolam C. Pisoni L. f. Frugi despondimus.

CICERO ATTICO SAL. 9 (4)

Crebras exspectationes nobis tui commoves. nuper quidem, cum te iam adventare arbitraremur, repente abs te in mensem Quintilem reiecti sumus. nunc vero

Deine Bücher überlaß nur ja keinem andern! Bleib bei Deinem Worte und bewahre sie für mich auf! Ich sehne mich nach diesen Dingen ebenso sehr, wie mich alles andere anwidert. Du glaubst ja gar nicht, wie rasch sich die Verhältnisse seit Deiner Abreise zum Schlimmeren gewendet haben.

(Rom, im August 67)

8 (3)

Dir kund und zu wissen, daß Deine Großmutter gestorben ist; aus Sehnsucht nach Dir, und wohl auch aus Angst, die Latinerinnen könnten ihre Pflicht versäumen und keine Opfertiere auf den Albanerberg führen. Wie ich annehme, läßt L. Saufeius Dir Trost in Deinem Leid zukommen.

Ich erwarte Dich hier für den Januar nach dem, was ich gerüchweise höre oder Deinen Briefen an andere entnehme. Denn mir hast Du nichts davon geschrieben.

Die Statuen, die Du mir besorgt hast, sind in Gaeta ausgeladen. Ich kann in Rom nicht abkommen und habe sie also noch nicht gesehen. Zur Bezahlung der Fracht habe ich jemanden hingeschickt. Ich bin Dir sehr verbunden, daß Du alles so gewissenhaft und billig besorgt hast.

Du kommst immer wieder auf die Versöhnung unseres Freundes zu sprechen: ich habe mir die erdenklichste Mühe gegeben und nichts unversucht gelassen; aber er ist furchtbar böse auf Dich. Was er argwöhnt, hast Du wohl gehört; wenn Du kommst, sollst Du Näheres von mir erfahren. Auch Sallust habe ich trotz persönlicher Aussprache nicht in das alte Vertrauensverhältnis zu ihm bringen können; er machte mir immer Vorwürfe Deinetwegen, deshalb schreibe ich Dir das. Jetzt hat er es am eigenen Leibe erfahren, wie schwer er nachgibt, und sieht nun ein, daß ich es weder für ihn noch für Dich an Bemühungen habe fehlen lassen.

Die kleine Tullia habe ich mit C. Piso, dem Sohn des L. Frugi, verlobt.

(Rom, Ende 67)

9 (4)

Gar häufig machst Du mir Aussichten auf Dein Kommen, und kürzlich erst glaubte ich schon, Du kämest, aber dann hast Du mich plötzlich wieder auf den Quintilis vertröstet. Jetzt bin ich aber doch

censeo, quod commodo tuo facere poteris, venias ad id tempus, quod scribis; obieris Quinti fratris comitia, nos longo intervallo videris, Acutilianam controversiam transegeris. hoc me etiam Peducaeus ut ad te scriberem admonuit. putamus enim utile esse te aliquando iam rem transigere. mea intercessio parata et est et fuit.

Nos hic incredibili ac singulari populi voluntate de 2
C. Macro transegimus. cui cum aequi fuissetus, tamen multo maiorem fructum ex populi existimatione illo damnato cepimus, quam ex ipsius, si absolutus esset, gratia cepissemus.

Quod ad me de Hermathena scribis, per mihi gra- 3
tum est. est ornamentum Academiae proprium meae, quod et Hermes commune omnium et Minerva singulare est insigne eius gymnasii. qua re velim, ut scribis, ceteris quoque rebus quam plurimis eum locum ornes. quae mihi antea signa misisti, ea nondum vidi; in Formiano sunt, quo ego nunc proficisci cogitabam. illa omnia in Tusculanum deportabo. Caietam, si quando abundare coepero, ornabo.

Libros tuos conserva et noli desperare eos me meos facere posse. quod si adsequor, supero Crassum divitiis atque omnium vicos et prata contemno.

CICERO ATTICO SAL.

10 (1)

Petitionis nostrae, quam tibi summae curae esse 1
scio, huius modi ratio est, quod adhuc coniectura provideri possit:

Prensat unus P. Galba. sine fuco ac fallaciis more maiorum negatur. ut opinio est hominum, non aliena rationi nostrae fuit illius haec praepropera prensatio. nam illi ita negant vulgo, ut mihi se debere dicant. ita quiddam spero nobis profici, cum hoc percrebescit, plurimos nostros amicos inveniri.

dafür, Du machst es zu dem angegebenen Zeitpunkt endlich einmal wahr, sofern Du es einrichten kannst. Du erlebst dann die Wahlen meines Bruders Quintus mit, siehst mich nach langer Zeit einmal wieder, erledigst das Zerwürfniß mit Acutilius – auch Peducaeus bittet mich, Dir dies zu schreiben. Wir sind nämlich beide der Meinung, daß es damit endlich einmal Zeit wird. Meine Vermittlung steht Dir, wie bisher, zur Verfügung.

Ich habe hier unter ungeheurer, kaum glaublicher Teilnahme des Volkes über C. Macer zu Gericht gesessen. Ich war dem Manne zwar gewogen, aber seine Verurteilung hat mir doch viel mehr eingebracht, weil sie der Erwartung des Volkes entsprach, als mir sein Einfluß im Falle des Freispruchs eingetragen hätte.

Was Du mir von der Hermathena schreibst, ist mir sehr lieb; sie wäre gerade das rechte Schmuckstück für meine Akademie: Hermes gilt ja allgemein als das Symbol jedes Gymnasiums; Minerva wäre dann das charakteristische für das meinige. So statte mir denn, wie Du selbst es vorschlägst, diesen Platz auch mit möglichst vielen anderen Gegenständen aus! Die neulich gesandten Standbilder habe ich noch nicht gesehen; sie sind auf dem Formianum, wohin ich mich jetzt auf den Weg zu machen gedenke. Ich lasse sie alle nach dem Tusculanum schaffen; Gaeta statte ich aus, wenn ich einmal anfangs, ein reicher Mann zu werden.

Deine Bücher leg' für mich zurück und laß die Hoffnung nicht fahren, daß ich sie einmal für mich erwerben kann; wenn ich das erreicht habe, bin ich reicher als Crassus und gönne jedem seine Dörfer und Wiesen.

(Rom, erste Hälfte 66)

10 (1)

Mit meiner Bewerbung, die Dir, wie ich weiß, sehr am Herzen liegt, steht es folgendermaßen, soweit man das jetzt schon vermuthungsweise übersehen kann:

Auf Stimmenfang ist einzig P. Galba aus; man lehnt ihn wie in alter Zeit rückhaltlos und ungeschminkt ab. Die Leute meinen, dies sein übereiltes Werben sei für meine Absichten nicht ungünstig gewesen; denn als Vorwand für seine Ablehnung gibt man allgemein an, man sei mir verpflichtet. So springt hoffentlich für mich etwas dabei heraus, wenn es sich herumspricht, daß sich viele als meine Freunde bekennen.

Nos autem initium prensandi facere cogitaramus eo ipso tempore, quo tuum puerum cum his litteris proficisci Cincius dicebat, in campo comitiis tribuniciis a. d. XVI Kal. Sextiles. competitors, qui certi esse videantur, Galba et Antonius et Q. Cornificius. puto te in hoc aut risisse aut ingemuisse. ut frontem ferias, sunt, qui etiam Caesonium putent. Aquilium non arbitrabamur, qui denegavit et iuravit morbum et illud suum regnum iudiciale opposuit. Catilina, si iudicatum erit meridie non lucere, certus erit competitor. de Aufidio et de Palicano non puto te exspectare dum scribam.

De iis, qui nunc petunt, Caesar certus putatur. ² Thermus cum Silano contendere existimatur; qui sic inopes et ab amicis et existimatione sunt, ut mihi videatur non esse ἀδύνατον Turium obducere. sed hoc praeter me nemini videtur. nostris rationibus maxime conducere videtur Thermum fieri cum Caesare. nemo est enim ex iis, qui nunc petunt, qui, si in nostrum annum reciderit, firmior candidatus fore videatur, propterea quod curator est viae Flaminiae, quae tum erit absoluta sane facile; eum libenter nunc Caesari consuli addiderim.

Petitorum haec est informata adhuc cogitatio. nos in omni munere candidatorio fungendo summam adhibebimus diligentiam et fortasse, quoniam videtur in suffragiis multum posse Gallia, cum Romae a iudiciis forum refrixerit, excurremus mense Septembri legati ad Pisonem, ut Ianuario revertamur. cum perspexero voluntates nobilium, scribam ad te. cetera spero prolixam esse his dumtaxat urbanis competitoribus. illam

Mit meiner Werbung gedenke ich in dem Augenblick zu beginnen, in welchem nach Cincius' Angabe Dein Bote sich mit diesem Brief auf den Weg macht, und zwar auf dem Marsfeld bei den Tribunenwahlen am 17. Quintilis. Meine Mitbewerber sind, um nur die zu nennen, von denen man es bestimmt zu wissen glaubt, Galba, Antonius und Q. Cornificius – bei diesem Namen lachst Du wahrscheinlich oder stöhnst –; manche denken auch – nun schlag Dir vor die Stirn – an Caesonius; Aquilius wohl kaum, jedenfalls leugnet er es entschieden ab, entschuldigt sich mit der Ausrede, er sei kränklich, und weist auf seine umfangreiche Tätigkeit als Rechtsbeistand hin. Catilina wird sich bestimmt bewerben, falls das Urteil lautet, am Mittag sei es nicht hell; von Aufidius und Palicanus hast Du es Dir wohl schon selbst gedacht, ehe Du es durch dies mein Schreiben erfährst.

Unter den Bewerbern für das kommende Jahr gilt Caesar für sicher. Thermus ringt, wie man glaubt, mit Silanus um den Vorrang, beide, was Geltung und Beziehungen angeht, so unvermögend, daß es mir nicht aussichtslos erscheinen würde, ihnen einen Turius entgegenzustellen; doch mit dieser Ansicht stehe ich allein. Für meine Interessen wäre es wohl das beste, wenn Thermus es würde zusammen mit Caesar; denn wenn er jetzt durchfällt und sich dann nächstes Jahr wieder bewirbt, würde er unter meinen jetzigen Mitbewerbern wohl der stärkste Gegner für mich sein; er hat ja die Oberleitung des Baus der Flaminischen Straße, die dann bequem fertig sein wird. So würde ich es gern sehen, wenn er jetzt als Konsul neben Caesar träte.

Das sind in groben Umrissen die Gedanken, die ich mir bisher über meine Mitbewerber mache. Bei der Erledigung all der Verpflichtungen eines Bewerbers werde ich mit höchster Gewissenhaftigkeit verfahren und vielleicht im September – dann wird es ja in Rom auf dem Forum von Prozessen ziemlich still geworden sein – als Legat zu Piso nach Gallien gehen, das ja wohl für die Abstimmungen von großer Bedeutung ist, und im Januar zurückkehren. Sobald ich dann über die Haltung der Nobilität im Bilde bin, schreibe ich Dir. Alles übrige wird mir, hoffe ich, gut vonstatten gehen, jedenfalls, solange ich es nur mit diesen Mitbewerbern in der Hauptstadt zu tun habe; für die Gefolgschaft unseres Freundes

manum tu mihi cura ut praestes, quoniam propius abes, Pompei nostri amici. nega me ei iratum fore, si ad mea comitia non venerit.

Atque haec huius modi sunt. sed est, quod abs te ³ mihi ignosci pervelim. Caecilius avunculus tuus a P. Vario cum magna pecunia fraudaretur, agere coepit cum eius fratre Caninio Satyro de iis rebus, quas eum dolo malo mancipio accepisse de Vario diceret. una agebant ceteri creditores, in quibus erat Lucullus et P. Scipio et is, quem putabant magistrum fore, si bona venirent, L. Pontius. verum hoc ridiculum est de magistro.

Nunc cognosce rem. rogavit me Caecilius, ut adessem contra Satyrum. dies fere nullus est, quin hic Satyrus domum meam ventitet; observat L. Domitium maxime, me habet proximum; fuit et mihi et Quinto fratri magno usui in nostris petitionibus. sane sum ⁴ perturbatus cum ipsius Satyri familiaritate tum Domiti, in quo uno maxime ambitio nostra nititur. demonstravi haec Caecilio, simul et illud ostendi, si ipse unus cum illo uno contenderet, me ei satis facturum fuisse; nunc in causa universorum creditorum, hominum praesertim amplissimorum, qui sine eo, quem Caecilius suo nomine perhiberet, facile causam communem sustinerent, aequum esse eum et officio meo consulere et tempori. durius accipere hoc mihi visus est, quam vellem et quam homines belli solent, et postea prorsus ab instituta nostra paucorum dierum consuetudine longe refugit.

Abs te peto, ut mihi hoc ignoscas et me existimes humanitate esse prohibitum, ne contra amici summam existimationem miserrimo eius tempore venirem, cum is omnia sua studia et officia in me contulisset. quod si voles in me esse durior, ambitionem putabis mihi

Pompeius muß Du mir einstehen – Du hast es ja näher zu ihm als ich –; sag' ihm, ich würde es ihm nicht verübeln, wenn er zu meiner Wahl nicht erschiene.

Das wäre also das. Nun möchte ich Dich noch für etwas um Verzeihung bitten. Dein Oheim Caecilius ist von P. Varius um eine ansehnliche Summe betrogen worden und hat nun mit dessen Vetter Caninius Satyrus um die Vermögensteile zu prozessieren begonnen, die dieser, wie er behauptet, durch böswilligen Scheinkauf von Varius erworben hatte; zugleich haben ihn auch die übrigen Gläubiger verklagt, unter ihnen Lucullus und P. Scipio sowie L. Pontius, der, wie man annimmt, im Falle der Zwangsversteigerung Bevollmächtigter für die Gesamtgläubiger sein wird; aber das mit dem Bevollmächtigten ist Unsinn.

Nun versetze Dich in meine Lage! Caecilius hat mich gebeten, ihn gegen Satyrus zu vertreten. Es vergeht aber kaum ein Tag, ohne daß dieser Satyrus zu mir ins Haus kommt; er ist Domitius sehr ergeben, in zweiter Linie mir und mir sowohl wie auch meinem Bruder Quintus bei unseren Bewerbungen sehr nützlich gewesen; somit bin ich in größter Verlegenheit angesichts seines vertrauten Umgangs mit mir wie auch meines freundschaftlichen Verhältnisses zu Domitius, auf dessen Einfluß vor allem sich meine Bewerbung stützt. Das habe ich Caecilius auseinandergesetzt und zugleich darauf hingewiesen, daß ich mich ihm nicht versagt hätte, wenn er allein mit ihm im Streit läge; wo es sich jetzt aber um die Sache der Gesamtgläubiger, noch dazu so einflußreicher Männer, handele, die die gemeinsame Sache leicht ohne einen persönlichen Anwalt für Caecilius durchfechten könnten, sei es nicht mehr wie recht und billig, auf meine Verpflichtungen und meine augenblickliche Lage Rücksicht zu nehmen. Das schien er mir unfreundlicher aufzunehmen, als ich wünschte und es unter artigen Leuten üblich ist; hernach brach er dann gar unsern erst vor wenigen Tagen eingeleiteten freundschaftlichen Verkehr schroff ab.

Dich bitte ich nun also, mir das zu verzeihen und mir zu glauben, daß nur die Schicklichkeit es mir verbot, gegen einen Freund in einer für ihn so unglücklichen Lage, wo sein ganzer Ruf auf dem Spiele stand, aufzutreten, zumal er sich für mich in jeder Weise bemüht und betätigt hatte. Willst Du ganz hart gegen mich sein,

obstitisse. ego autem arbitror, etiam si id sit, mihi ignoscendum esse, „ἐπεὶ οὐχ ἱερήμιον οὐδὲ βοείην . . .“ vides enim, in quo cursu sumus et quam omnes gratias non modo retinendas verum etiam adquirendas putemus. spero tibi me causam probasse, cupio quidem certe.

Hermathena tua valde me delectat et posita ita belle est, ut totum gymnasium eius ἀνάθημα esse videatur. multum te amamus.

CICERO ATTICO SAL.

11 (2)

Filiolo me auctum scito. salva Terentia.

Abs te iam diu nihil litterarum! ego de meis ad te rationibus scripsi antea diligenter. hoc tempore Catilinam competitorum nostrum defendere cogitamus. iudices habemus, quos volumus, summa accusatoris voluntate. spero, si absolutus erit, coniunctiorem illum nobis fore in ratione petitionis; sin aliter acciderit, humaniter feremus.

Tuo adventu nobis opus est maturo; nam prorsus summa hominum est opinio tuos familiares nobiles homines adversarios honori nostro fore. ad eorum voluntatem mihi conciliandam maximo te mihi usui fore video. qua re Ianuario ineunte, ut constituisti, cura ut Romae sis.

CICERO ATTICO SAL.

12

Teucris illa lentum sane negotium, neque Cornelius ad Terentiam postea rediit. opinor, ad Considium, Axium, Selicium confugiendum est; nam a Caecilio propinqui minore centesimis nummum movere non possunt. sed ut ad prima illa redeam, nihil ego illa impudentius, astutius, lentius vidi. „libertum mitto, Tito mandavi.“ σκήψεις atque ἀναβολαί; sed nescio an

so nimm an, mein Ehrgeiz habe mir die Hände gebunden; aber selbst wenn es so ist, wirst Du mir doch wohl verzeihen müssen, „denn nicht um ein Opfertier oder ein Stierfell“ geht es; Du siehst ja, in was für einem Rennen ich laufe und wie es darauf ankommt, die freundliche Gesinnung von jedermann mir nicht nur zu erhalten, sondern auch zu gewinnen. Hoffentlich habe ich Dir die Sache plausibel gemacht; ich wünsche es von Herzen.

Deine Hermathena macht mir viel Freude, steht außerdem so hübsch, daß das ganze Gymnasium gleichsam ihr geweiht zu sein scheint; ich bin Dir sehr dankbar.

(Rom, Mitte Juli 65)

11 (2)

Dir kund und zu wissen, daß ich durch ein Söhnchen erfreut worden bin; Terentia geht es gut.

Wie lange habe ich kein Lebenszeichen von Dir erhalten! Über meine Tätigkeit habe ich Dir erst kürzlich eingehend berichtet. Augenblicklich denke ich daran, meinen Mitbewerber Catilina zu verteidigen. Ich habe die gewünschten Richter, und der Ankläger ist ganz damit einverstanden. Ist Catilina freigesprochen, dann wird er hoffentlich hinsichtlich der Bewerbung mehr mit mir zusammenarbeiten; kommt es anders, so werde ich es mit Fassung zu tragen wissen.

Mir liegt daran, daß Du bald kommst; die Leute glauben nämlich ganz bestimmt, Deine Freunde, die Männer der Nobilität, würden sich meiner Wahl in den Weg stellen. Ihr Einverständnis zu gewinnen, würdest Du mir wahrscheinlich von großem Nutzen sein. Sieh also zu, daß Du, wie beschlossen, zum Januar in Rom bist!

(Rom, Spätsommer 65)

12

Mit dieser Teukris ist es eine ganz langweilige Geschichte, und auch Cornelius ist nicht wieder zu Terentia gekommen; wahrscheinlich muß ich meine Zuflucht zu Considius, Axius oder Seli-cius nehmen, denn bei Caecilius kann sein eigenes Blut keinen Groschen für weniger als 12⁰/₀ flüssig machen. Um aber auf den ersten Punkt zurückzukommen: so etwas von Unverschämtheit, Gerissenheit und Phlegma ist mir noch nicht begegnet; „ich schicke meinen Freigelassenen“, „ich habe Titus beauftragt“ – lauter Aus-

ταδροματων ημων. nam mihi Pompeiani prodromi nuntiant aperte Pompeium acturum Antonio succedi oportere, eodemque tempore aget praetor ad populum. res eius modi est, ut ego nec per bonorum nec per popularem existimationem honeste possim hominem defendere, nec mihi libeat, quod vel maximum est. etenim accidit hoc, quod totum cuius modi sit, mando tibi ut perspicias.

Libertum ego habeo sane nequam hominem, Hilarum dico, ratiocinatorem et clientem tuum. de eo mihi Valerius interpres nuntiat Thyillusque se audisse scribit haec, esse hominem cum Antonio; Antonium porro in cogendis pecuniis dicitare partem mihi quaeri et a me custodem communis quaestus libertum esse missum. non sum mediocriter commotus neque tamen credidi, sed certe aliquid sermonis fuit. totum investiga, cognosce, perspice et nebulonem illum, si quo pacto potes, ex istis locis amove. huius sermonis Valerius auctorem Cn. Plancium nominabat. mando tibi plane totum ut videas cuius modi sit.

Pompeium nobis amicissimum constat esse. divortium Muciae vehementer probatur. P. Clodium Appi f. credo te audisse cum veste muliebri deprehensum domi C. Caesaris, cum sacrificium pro populo fieret, eumque per manus servulae servatum et eductum; rem esse insigni infamia. quod te moleste ferre certo scio.

Quid praeterea ad te scribam, non habeo, et mehercule eram in scribendo conturbatior. nam puer festivus anagnostes noster Sositheus decesserat meque plus, quam servi mors debere videbatur, commoverat.

Tu velim saepe ad nos scribas. si rem nullam habebis, quod in buccam venerit, scribito.

Kal. Ianuariis M. Messalla M. Pisone coss.

flüchte und Verschleppungsmanöver; aber vielleicht „sorgt der Zufall besser als wir selbst“. Jedenfalls versichert mir Pompeius' Vorhut, er werde ganz offen für Antonius' Ablösung eintreten, und gleichzeitig wird ein Prätor die Sache in der Volksversammlung zur Sprache bringen. Für mich liegt die Sache nun so, daß ich den Mann schicklicher Weise nicht verteidigen kann, ohne meine Stellung bei den Optimaten wie auch bei den Popularen aufs Spiel zu setzen. Vor allem paßt es mir aber selbst nicht, denn folgendes ist passiert, und ich möchte Dich bitten, festzustellen, wie es sich eigentlich mit der ganzen Sache verhält.

Ich habe da einen Freigelassenen, einen ganz nichtsnutzigen Kerl, den Hilarus, Deinen Buchhalter und Klienten; von dem berichtet mir mein Agent Valerius, und Thyillus schreibt mir, er habe es ebenfalls gehört, der Mann halte sich bei Antonius auf, und Antonius seinerseits lasse bei der Eintreibung der Gelder verlaufen, ein Teil gehe in meine Tasche, und als Kontrolleur für die gemeinsamen Einnahmen hätte ich den Freigelassenen geschickt. Ich bin recht empört, habe es jedoch nicht glauben wollen; aber geredet worden ist schon etwas. Spüre also dem Ganzen einmal nach, untersuche und prüfe es und entferne diesen Windbeutel, wenn irgend möglich, aus jener Gegend! Als Gewährsmann für das Gerede wird Cn. Plancius von Valerius genannt. Nimm also bitte die Sache in die Hand und sieh zu, wie es damit steht.

Pompeius ist mir sehr gewogen, das steht fest; seine Scheidung von Mucia findet allgemein Billigung. Von P. Clodius, Appius' Sohn, hast Du wohl gehört: man hat ihn in Weiberkleidern bei einem Staatsopfer in C. Caesars Haus gefaßt, aber eine Dienerin hat ihn gerettet und hinausgelassen – ein schändlicher Vorfall, und ich ka n mir wohl denken, daß es Dir sehr unangenehm ist.

Weiter weiß ich Dir nichts zu schreiben; überdies bin ich nicht recht bei der Sache. Mein netter Diener, unser Vorleser, Sositheus, ist nämlich gestorben. Das nimmt mich doch mehr mit, als es der Tod eines Sklaven gemeinhin tut.

Schreib mir bitte recht oft; wenn Du nichts Rechtes weißt, was Dir gerade in die Feder kommt.

(Rom), den 1. Januar im Konsulatsjahr des M. Messalla und M. Piso (61).

CICERO ATTICO SAL.

13

Accepi tuas tres iam epistulas, unam a M. Corne-
lio, quam a Tribus ei Tabernis, ut opinor, dedisti, alteram, quam mihi Canusinus tuus hospes reddidit, tertiam, quam, ut scribis, ancora sublata de phaselo dedisti; quae fuerunt omnes, ut rhetorum pueri loquuntur, cum humanitatis sparsae sale tum insignes amoris notis. quibus epistulis sum equidem abs te lacessitus ad rescribendum; sed idcirco sum tardior, quod non invenio fidelem tabellarium. quotus enim quisque est, qui epistulam paulo graviorem ferre possit, nisi eam perlectione relevarit? accedit eo, quod mihi non uti licet, ut quisque in Epirum proficiscitur. ego enim te arbitror caesis apud Amaltheam tuam victimis statim esse ad Sicyonem oppugnandum profectum, neque tamen id ipsum certum habeo, quando ad Antonium proficiscare aut quid in Epiro temporis ponas. ita neque Achaicis hominibus neque Epiroticis paulo liberiores litteras committere audeo.

Sunt autem post discessum a me tuum res dignae litteris nostris, sed non committendae eius modi periculo, ut aut interire aut aperiri aut intercipi possint. primum igitur scito primum me non esse rogatum sententiam praepositumque esse nobis pacificatorem Allobrogum, idque admurmurante senatu neque me invito esse factum. sum enim et ab observando homine perverso liber et ad dignitatem in re publica retinendam contra illius voluntatem solutus, et ille secundus in dicendo locus habet auctoritatem paene principis, voluntatem non nimis devinctam beneficio consulis. tertius est Catulus, quartus, si etiam hoc quaeris, Hortensius. consul autem ipse parvo animo et pravo tamen, cavillator genere illo moroso, quod etiam sine dicacitate ridetur, facie magis quam facetiis

13

Deine Briefe, nun schon drei, habe ich erhalten, einen durch M. Cornelius, den Du ihm, glaube ich, in Tretavern eingehändigt hast; einen zweiten hat mir Dein Gastfreund aus Canusium gebracht, und den dritten hast Du also vom Schiff aus aufgegeben, als die Anker schon gelichtet waren. Alle drei sind, um im Stil der Rhetorenschule zu reden, mit dem Salz der Liebenswürdigkeit gewürzt und bringen mir manch Zeichen Deiner Zuneigung; so forderst Du mich mit ihnen zu einer Antwort heraus. Aber ich finde keinen zuverlässigen Boten, und das ist der Grund meiner Säumnis: wie wenige können doch einen etwas wichtigeren Brief bestellen, ohne ihn zu lesen und ihm damit sein Gewicht zu nehmen! Außerdem kann ich ja auch nicht so ohne weiteres die Gelegenheit wahrnehmen, wenn einmal jemand zufällig nach Epirus reist, denn vermutlich hast Du nur eben Deiner Amalthea geopfert und bist dann gleich zum Sturm auf Sikyon aufgebrochen. Und auch das weiß ich nicht genau, wann Du zu Antonius reist oder wieviel Zeit Du für Epirus ansetzt. So wage ich weder Leuten aus Achaia noch aus Epirus einen etwas offeneren Brief anzuvertrauen.

Seit Deiner Trennung von mir sind allerdings Sachen passiert, die einer brieflichen Mitteilung schon wert wären; aber der Brief könnte verlorengehen, geöffnet oder abgefangen werden, und einer solchen Gefahr darf ich ihn nicht aussetzen. Zunächst laß mich Dir denn also sagen, daß ich im Senat nicht als erster zur Meinungsäußerung aufgerufen worden bin und man mir den Vermittler des Friedens mit den Allobrogern vorgezogen hat, und zwar unter abfälligem Murren der Senatoren; mich ließ das kalt, bin ich so doch frei von der Verpflichtung, einem widerhaarigen Menschen meine Ehrerbietung zu bezeigen, und kann ohne Rücksicht auf ihn unbeschwert meine Stellung im Staate wahren; außerdem hat doch die zweite Stelle in der Meinungsäußerung fast das gleiche Gewicht wie die erste, ohne daß man in seiner Bewegungsfreiheit durch das Entgegenkommen des Konsuls übermäßig behindert ist. Der dritte ist Catulus, der vierte, wenn Du auch das wissen willst, Hortensius. Der Konsul ist ein kleiner, aber verschrobener Geist, stichelt in seiner bekannten grämlichen Art, über die man auch ohne rechten Witz lacht, possierlich mehr durch sein Aussehen

ridiculus, nihil agens in re publica, seiunctus ab optimatibus, a quo nihil speres boni rei publicae, quia non vult, nihil metuas mali, quia non audet. eius autem collega et in me perhonorificus et partium studiosus ac defensor bonarum. qui nunc leviter inter se dissi- 3
dent; sed vereor, ne hoc, quod infectum est, serpat longius. credo enim te audisse, cum apud Caesarem pro populo fieret, venisse eo muliebri vestitu virum, idque sacrificium cum virgines instaurassent, mentionem a Q. Cornificio in senatu factam (is fuit princeps, ne tu forte aliquem nostrum putes); postea rem ex senatus consulto ad virgines atque ad pontifices relatum idque ab iis nefas esse decretum; deinde ex senatus consulto consules rogationem promulgasse; uxori Caesarem nuntium remisisse. in hac causa Piso amicitia P. Clodi ductus operam dat, ut ea rogatio, quam ipse fert et fert ex senatus consulto et de religione, antiquetur. Messalla vehementer adhuc agit et severe. boni viri precibus Clodi removentur a causa, operae comparantur, nosmet ipsi, qui Lycurgei a principio fuissemus, cotidie demitigamur, instat et urget Cato. quid multa? vereor, ne haec neglecta a bonis, defensa ab improbis magnorum rei publicae malorum causa sit.

Tuus autem ille amicus (scin, quem dicam? de 4
quo tu ad me scripsisti, postea quam non auderet reprehendere, laudare coepisse) nos, ut ostendit, admodum diligit, amplectitur, amat, aperte laudat, occulte, sed ita, ut perspicuum sit, invidet. nihil come, nihil simplex, nihil *ἐν τοῖς πολιτικοῖς* illustre, nihil honestum, nihil forte, nihil liberum. sed haec ad te scribam alias subtilius; nam neque adhuc mihi satis nota sunt et huic terrae filio nescio cui committere epistulam tantis de rebus non audeo.

als seine Einfälle; politisch uninteressiert, zugeknöpft gegenüber den Optimaten, somit nichts Gutes für den Staat von ihm zu erhoffen, weil er es nicht will, aber auch nichts Böses zu befürchten, weil er es nicht wagt. Sein Amtsgenosse dagegen überaus ehrerbietig gegen mich, Förderer und Verteidiger unserer guten Sache. Augenblicklich sind sie nicht ganz einig untereinander, und ich fürchte, diese schleichende Krankheit greift auch auf andere Dinge über – Du hast wohl schon davon gehört: Bei einem Staatsopfer in Caesars Haus hat sich ein Mann in Weiberkleidern dort eingeschlichen, und da die Vestalinnen die Zeremonie wiederholt hatten, brachte Q. Cornificius die Sache im Senat zur Sprache. – der war der erste, damit Du nicht etwa an einen von uns denkst –; auf Senatsbeschluß haben die Vestalinnen und die Pontifices sich dann verhandelt und für einen Religionsfrevler erklärt. Dann haben auf Senatsbeschluß die Konsuln einen entsprechenden Gesetzesantrag promulgiert, und Caesar hat seiner Gattin die Ehe aufgekündigt. Soweit ist die Sache bis jetzt gediehen. Aus Freundschaft zu P. Clodius bemüht sich Piso nun, diesen Antrag, den er selbst einbringt, und zwar auf Senatsbeschluß und als Gesetz über Religionsfrevler, in der Volksversammlung zu Fall zu bringen. Messalla faßt die Sache bisher äußerst ernst an; die Optimaten halten sich auf Clodius' Bitten zurück, Schlägerbanden werden organisiert. Ich für meine Person, obwohl anfangs ein rechter Lycurg, werde von Tag zu Tag milder gestimmt, aber Cato treibt und drängt – kurz, ich fürchte, die Sache führt zu einer schweren Erschütterung des Staates, wenn die Optimaten gleichgültig bleiben, die Lumpen sich ihrer annehmen.

Dein Freund – Du weißt schon, wen ich meine, er, der, wie Du schreibst, jetzt beginnt, mich zu rühmen, seit er es nicht mehr wagt, mich zu tadeln – schätzt mich offensichtlich sehr, widmet sich mir, liebt mich, rühmt mich mit dem Munde, aber beneidet mich im geheimen, doch so, daß man es merkt: nichts Verbindliches an ihm, nichts Aufrichtiges, nichts Glänzendes als Politiker, nichts Ehrbares, nichts Entschiedenes, nichts Unbefangenes. Doch davon schreibe ich Dir ein andermal genauer, denn ganz klar bin ich mir noch nicht; außerdem ist es riskant, einen Brief mit so delikatem Inhalt dem ersten besten Erdensohn anzuvertrauen.

Provincias praetores nondum sortiti sunt; res eodem est loci, quo reliquisti.

Τοποθεσίαν quam postulas Miseni et Puteolorum includam orationi meae. „a. d. III Non. Decembr.“ mendose fuisse animadverteram. quae laudas ex orationibus, mihi crede, valde mihi placebant, sed non audebam antea dicere; nunc vero, quod a te probata sunt, multo mihi *ἀρτικώτερα* videntur. in illam orationem Metellinam addidi quaedam. liber tibi mittetur, quoniam te amor nostri *φιλοργήτορα* reddidit.

Novi tibi quidnam scribam? quid? etiam! Messalla 6 consul Autronianam domum emit HS CXXXIII „quid id ad me?“ inquis. tantum, quod ea emptione et nos bene emisse iudicati sumus et homines intelligere coeperunt licere amicorum facultatibus in emendo ad dignitatem aliquam pervenire.

Teucris illa lentum negotium est, sed tamen est in spe. tu ista confice.

A nobis liberiozem epistulam exspecta.

VI Kal. Febr. M. Messalla M. Pisone coss.

CICERO ATTICO SAL.

14

Vereor, ne putidum sit scribere ad te, quam sim occupatus, sed tamen ita distinebar, ut vix huic tantulae epistulae tempus habuerim atque id ereptum e summis occupationibus.

Prima contio Pompei qualis fuisset, scripsi ad te antea: non iucunda miseris, inanis improbis, beatis non grata, bonis non gravis; itaque frigebat. tum Pisonis consulis impulsu levissimus tribunus pl. Fufius in contionem producit Pompeium. res agebatur in circo Flaminio et erat in eo ipso loco illo die nundinarum *πανήγυρις*. quaesivit ex eo, placeretne ei iudices

Die Prätores haben noch nicht um die Provinzen gelost; damit sind wir noch genauso weit wie bei Deiner Abreise.

Eine Beschreibung von Misenum und Puteoli werde ich, wie Du wünschst, in meine Rede einlegen; „den 3. Dezember“ habe ich selbst schon als fehlerhaft bemerkt. Die von Dir gerühmten Stellen in den Reden gefielen mir selbst weiß Gott schon immer ausnehmend, nur wagte ich es bisher nicht auszusprechen; jetzt, wo sie auch Deine Billigung gefunden haben, erscheinen sie mir noch viel „attischer“. In die Metellus-Rede habe ich einiges eingeschoben; das Buch geht Dir zu, denn Deine Liebe zu mir hat Dich ja zu einem Liebhaber der Redekunst gemacht.

Was weiß ich denn sonst noch Neues? Richtig! Der Konsul Messalla hat Autronius' Haus für 13.400.000 Sestertien gekauft. Du sagst gewiß: „Was geht das mich an?“ Sehr viel! Denn dieser Kauf beweist, daß auch ich bei dem meinigen nicht betrogen bin, und den Leuten beginnt ein Licht aufzugehen, daß es ganz in der Ordnung ist, wenn man durch einen Kauf mit den Mitteln seiner Freunde zu einer gewissen Würde gelangt.

Mit dieser Teukris ist es eine langweilige Geschichte, aber doch nicht aussichtslos. Bring' Du die Sache in Ordnung!

Demnächst darfst Du einen freimütigeren Brief von mir erwarten.

(Rom), den 25. Januar, im Konsulatsjahr des M. Messalla und M. Piso (61).

14

Wahrscheinlich wirkt es abgeschmackt, wenn ich Dir schreibe, wie beschäftigt ich bin; aber wirklich, ich bin so in Anspruch genommen, daß ich kaum Zeit für dieses Briefchen habe und auch sie mit aller Gewalt meiner starken Inanspruchnahme abringen muß.

Wie Pompeius' erste Ansprache in der Volksversammlung gewirkt hat, habe ich Dir schon geschildert: unbefriedigend für die kleinen Leute, nichtssagend für die Lumpen, für die Geldleute wenig ermunternd, für die Optimaten ungefährlich; so blieb alles kalt. Der Volkstribun Fufius, dieser unzuverlässige Kerl, war es, der auf Veranlassung des Konsuls Piso Pompeius in der Versammlung einführte. Die Sache spielte sich im Flaminischen Zirkus ab, wo an dem Tage – es war Wochenmarkt – viel Volks sich eingefunden hatte. Fufius fragte ihn, ob er damit einverstanden sei, daß

a praetore legi, quo consilio idem praetor uteretur. id autem erat de Clodiana religione ab senatu constitu-² tum. tum Pompeius μάλ' ἀριστοκρατικῶς locutus est senatusque auctoritatem sibi omnibus in rebus maximi videri semperque visam esse respondit et id multis verbis. postea Messalla consul in senatu de Pompeio quaesivit, quid de religione et de promulgata rogatione sentiret. locutus ita est in senatu, ut omnia illius ordinis consulta γενικῶς laudaret, mihiq;e, ut adsedit, dixit se putare satis ab se etiam „de istis rebus“ esse responsum. Crassus postea quam vidit illum excepisse³ laudem ex eo, quod suspicarentur homines ei consulatum meum placere, surrexit ornatissimeque de meo consulatu locutus est, ut ita diceret se, quod esset senator, quod civis, quod liber, quod viveret, mihi acceptum referre; quotiens coniugem, quotiens domum, quotiens patriam videret, totiens se beneficium meum videre. quid multa? totum hunc locum, quem ego varie meis orationibus, quarum tu Aristarchus es, soleo pingere, de flamma, de ferro (nosti illas ληκύθους), valde graviter pertexuit. proximus Pompeium sedebam. intellexi hominem moveri, utrum Crassum inire eam gratiam, quam ipse praetermisisset, an esse tantas res nostras, quae tam libenti senatu laudarentur, ab eo praesertim, qui mihi laudem illam eo minus deberet, quod meis omnibus litteris in Pompeiana laude perstrictus esset. hic dies me valde Crasso adiunxit, et⁴ tamen, ab illo aperte tecte quidquid est datum, libenter accipi. ego autem ipse, di boni! quo modo ἐνεπερπερυσάμην novo auditori Pompeio! si umquam mihi περιοδοὶ ἢ γαμπαὶ ἢ ἐνθυσίματα ἢ κατασκευαὶ suppeditaverunt, illo tempore. quid multa? clamores. etenim haec erat ὑπόθεσις: de gravitate ordinis, de equestri concordia, de consensione Italiae, de inter-

die Richter vom Prätor ernannt würden, die dann sein eigenes Konsil bilden sollen; es war nämlich für Clodius' Prozeß wegen des Religionsfrevels so vom Senat beschlossen worden. Da sprach sich Pompeius ganz im Sinne der Optimaten aus und erwiderte mit großem Wortschwall, die Ansicht des Senats sei ihm, wie immer, so auch jetzt von größter Bedeutung. Später fragte ihn der Konsul Messalla im Senat, wie er sich zu dem in Sachen des Religionsfrevels ergangenen Antrage stelle. Hier sprach er sich über die Beschlüsse der Körperschaft ganz allgemein billigend aus: als er sich gesetzt hatte, flüsterte er mir ins Ohr, er glaube, damit auch genug über meine bekannte Affäre gesagt zu haben. Als nun Crassus sah, daß seine Ausführungen Anklang fanden, weil die Leute aus ihnen entnehmen zu können glaubten, er billige meine Maßnahmen als Konsul, da erhob er sich und äußerte sich in wohlgesetzter Rede über mein Konsulat; unter anderm sagte er, daß er noch Senator und römischer Bürger, noch frei und am Leben sei, das schreibe er mir gut; sooft er seine Gattin, sein Heim und seine Vaterstadt sehe, stehe ihm meine rettende Tat vor Augen. Was soll ich Dir noch weitere Einzelheiten erzählen? Dies ganze Thema, von mir in meinen Reden – deren Aristarch Du bist – immer wieder mit neuen Farben ausgemalt, Mord, Brand usw. – Du kennst ja die Palette –, führte er äußerst wirkungsvoll durch. Ich saß neben Pompeius und merkte, wie der Mann in Aufregung geriet, ob Crassus nur das von ihm verscherzte Lob einheimsen wolle, oder ob meine Verdienste tatsächlich so bedeutend seien, daß der Senat ihr Lob so willig anhöre, noch dazu aus dem Munde eines Mannes, der mir derartige Elogen um so weniger schuldete, als ich ihn in allen meinen Veröffentlichungen durch das Pompeius gespendete Lob gekränkt hatte. Dieser Tag hat mich Crassus sehr verpflichtet; trotzdem habe ich gern zur Kenntnis genommen, was der andere mir offen oder versteckt zukommen ließ. Und ich selbst – Herr Gott, wie habe ich mich vor Pompeius, der so etwas ja noch nie gehört hatte, aufgebläht! Wenn mir jemals abgerundete Perioden, ungezwungene Übergänge, Schlüsse und Beweisführungen von der Hand gegangen sind, dann in diesem Augenblick! Was soll ich sagen: lauter Zuruf! Denn das waren die Hauptpunkte meiner Ausführungen: Würde des Senats, Einvernehmen mit dem Ritterstande, Einigkeit

mortuis reliquiis coniurationis, de vilitate, de otio. nosti iam in hac materia sonitus nostros; tanti fuerunt, ut ego eo brevior sim, quod eos usque istinc exauditos putem.

Romanae autem se res sic habent: senatus ἄρειος 5
 πάγος; nihil constantius, nihil severius, nihil fortius. nam cum dies venisset rogationi ex senatus consulto ferendae, concursabant barbatuli iuvenes, totus ille grex Catilinae, duce filiola Curionis et populum, ut antiquaret, rogabant. Piso autem consul lator rogationis idem erat dissuasor. operae Clodianae pontes occuparant, tabellae ministrabantur ita, ut nulla daretur „VTI ROGAS“. hic tibi rostra Cato advolat, commulcium Pisoni consuli mirificum facit, si id est commulcium, vox plena gravitatis, plena auctoritatis, plena denique salutis. accedit eodem etiam noster Hortensius, multi praeterea boni; insignis vero opera Favoni fuit. hoc concursu optimatium comitia dimittuntur; senatus vocatur. cum decerneretur frequenti senatu contra pugnante Pisone, ad pedes omnium singillatim accidente Clodio, ut consules populum cohortarentur ad rogationem accipiendam, homines ad quindecim Curioni nullum senatus consultum facienti adsenserunt; facile ex altera parte CCCC fuerunt. acta res est. Fufius tribunus tum concessit. Clodius contiones miseris habebat, in quibus Lucillum, Hortensium, C. Pisonem, Messallam consulem contumeliose laedebat; me tantum „comperisse omnia“ criminabatur. senatus et de provinciis praetorum et de legationibus et de ceteris rebus decernebat, ut, antequam rogatio lata esset, ne quid ageretur.

Habes res Romanas. sed tamen etiam illud, quod 6
 non speraram, audi. Messalla consul est egregius, fortis, constans, diligens, nostri laudator, amator,

in Italien, die Reste der Verschwörerbande ohnmächtig, die Preise gefallen, der Friede ungestört. Du kennst ja meine Donnertöne, die mir für dies Thema zur Verfügung stehen; sie waren so laut, daß man sie dort gehört haben muß und ich nicht ausführlicher davon zu reden brauche.

In Rom steht es im übrigen so: der Senat ein wahrer Areopag, konsequent, gewissenhaft, entschlossen. Als der Termin herankam, an dem der durch Senatsbeschluß vorgesehene Antrag eingebracht werden sollte, strömten all die milchbärtigen Jungen, die ganze Catilinarierbande, „Curios Töchterchen“ an der Spitze, zusammen und beantragten in der Volksversammlung, den Antrag abzulehnen. Der Antragsteller, Konsul Piso, sprach gleichzeitig dagegen. Curios Helfershelfer hatten die Zugänge zu den Abstimmungsplätzen besetzt, Stimmtäfelchen mit „Ja“ wurden überhaupt nicht ausgegeben. Da stürmt Dir doch der Cato auf die Rednertribüne und hält Piso eine gewaltige Standpauke, wenn man seine wuchtige, gehaltvolle, ganz der Erhaltung des Staates gewidmete Rede so nennen darf. Dann kam auch unser Hortensius dazu und viele andere Optimaten; besonders eifrig gebärdete sich Favonius. Die Folge dieses Zusammenströmens der Optimaten war, daß die Versammlung aufgelöst wurde. Dann wurde der Senat berufen. In stark besuchter Sitzung wurde da unter Widerspruch Pisos, während Clodius sich allen einzeln zu Füßen warf, beschlossen, die Konsuln sollten den Antrag in der Volksversammlung durchzubringen suchen; nur etwa fünfzehn Mann stellten sich hinter Curio, der den Beschluß hintertreiben wollte; wenigstens vierhundert waren dafür. Damit war die Sache entschieden; der Volkstribun Fufius wagte in diesem Falle nicht zu interzedieren. Clodius versucht es nun mit öffentlichen Reden vor dem Gesindel, wobei er Lucullus, Hortensius, C. Piso und den Konsul Messalla mit beleidigenden Schmähungen überschüttet; mir wirft er nur mein ewiges „ich habe erfahren“ an den Kopf. Der Senat beschließt jetzt, alle Verhandlungen über die Ausstattung der Provinzen, die auswärtigen Gesandtschaften usw. zu vertagen, bis der Antrag eingebracht sei.

Soviel über die Ereignisse in Rom. Doch höre noch eines, was ich gar nicht erwartet hätte: Konsul Messalla entpuppt sich als ein tüchtiger, entschlossener, konsequenter, gewissenhafter Mann: rühmt

imitator. ille alter uno vitio minus vitiosus, quod iners, quod somni plenus, quod imperitus, quod ἀπραχτότατος, sed voluntate ita χαλέκιης, ut Pompeium post illam contionem, in qua ab eo senatus laudatus est, odisse coeperit. itaque mirum in modum omnes a se bonos alienavit. neque id magis amicitia Clodi adductus fecit quam studio perditarum rerum atque partium. sed habet sui similem in magistratibus praeter Fufium neminem. bonis utimur tribunis pl., Cornuto vero Pseudocatone. quid quaeris?

Nunc ut ad privata redeam, Τεῦχρῆς promissa paravit. tu mandata effice, quae recepisti. Quintus frater, qui Argiletani aedificii reliquum dodrantem emit HS DCCXXV, Tusculanum venditat, ut, si possit, emat Pacilianam domum.

Cum Luceio in gratiam redii. video hominem valde petitorire; navabo operam. tu quid agas, ubi sis, cuius modi istae res sint, fac me quam diligentissime certio-rem.

Idibus Febr.

CICERO ATTICO SAL.

15

Asiam Quinto suavissimo fratri obtigisse audisti. non enim dubito, quin celerius tibi hoc rumor quam ullius nostrum litterae nuntiarint.

Nunc, quoniam et laudis avidissimi semper fuimus et praeter ceteros φιλέλληνες et sumus et habemur et multorum odia atque inimicitias rei publicae causa suscepimus, παντοίης ἀρετῆς μιμησάμενοι curaque et effice, ut ab omnibus et laudemur et amemur. his de rebus plura ad te in ea epistula scribam, quam ipsi Quinto dabo.

Tu me velim certio-rem facias, quid de meis mandatis egeris atque etiam quid de tuo negotio; nam, ut

mich, schätzt mich, sucht es mir gleichzutun; den anderen läßt der Umstand weniger lasterhaft erscheinen, daß er mit den Lastern der Trägheit, Schläfrigkeit, Unerfahrenheit und gänzlicher Energielosigkeit behaftet, von Gesinnung aber so böseartig ist, daß er Pompeius mit seinem Haß verfolgt seit jener Volksversammlung, in der er den Senat lobte. So hat er es glänzend verstanden, sich die ganze bessere Gesellschaft zu entfremden, weniger aus Freundschaft zu Clodius, als weil er es mit dem Gesindel und seiner Sache nicht verderben will. Unter den übrigen Beamten ist Fufius der einzige, der es ihm darin gleichtut. Sonst haben wir lauter anständige Volkstribunen; Cornutus ist geradezu ein zweiter Cato. Was willst Du mehr?

Um schließlich auf meine Privatverhältnisse zu kommen: Teukris hat ihre Zusagen erfüllt. Nun führe Du wie versprochen meinen Wunsch aus! Bruder Quintus hat die restlichen Dreiviertel des Hauses im Argiletum für 725 000 Sestertien erworben und bietet nun sein Tusculanum feil, um, wenn möglich, Pacilius' Haus zu kaufen.

Mit Luceius habe ich mich ausgesöhnt; der Mann scheint darauf versessen zu sein, sich zu bewerben; ich will sehen, was ich für ihn tun kann. Schreib mir recht eingehend, wie es Dir geht, wo Du bist, wie Deine Geschäfte gehen!

(Rom), den 13. Februar (61).

15

Daß Asien meinem herzlieben Bruder als Provinz zugefallen ist, hast Du gewiß schon gehört, denn wahrscheinlich ist das Gerücht davon schneller zu Dir gelangt als eine briefliche Mitteilung von irgend jemand hier.

Wir sind ja immer auf Ruhm bedacht gewesen, fühlen uns vor anderen als Philhellenen und gelten auch dafür, haben außerdem vielfach Haß und Feindschaft im Interesse des Staates auf uns genommen; darum „aller Tugenden sei nun gedenk“ und setze Dich mit allen Kräften dafür ein, daß wir überall Anerkennung und Wertschätzung erfahren! Doch darüber schreibe ich Dir ausführlicher in einem Briefe, den ich Quintus persönlich mitgebe.

Teile mir doch bitte mit, was Du in Ausführung meiner Aufträge unternommen hast, außerdem auch, wie es mit Deiner Angelegen-

Brundisio profectus es, nullae mihi abs te sunt redditae litterae. valde aveo scire, quid agas.

Id. Mart.

CICERO ATTICO SAL.

16

Quaeris ex me, quid acciderit de iudicio, quod tam praeter opinionem omnium factum sit, et simul vis scire, quo modo ego minus, quam soleam, proeliatum sim. respondebo tibi *ὑστερον πρότερον Ὀμηρικῶς*.

Ego enim, quam diu senatus auctoritas mihi defendenda fuit, sic acriter et vehementer proeliatum sum, ut clamor concursusque maxima cum mea laude fierent. quod si tibi umquam sum visus in re publica fortis, certe me in illa causa admiratus esses. cum enim ille ad contiones confugisset in iisque meo nomine ad invidiam uteretur, di immortales! „quas ego pugnas et quantas strages edidi!“ quos impetus in Pisonem, in Curionem, in totam illam manum feci! quo modo sum insectatus levitatem senum, libidinem iuventutis! saepe, ita me di iuvent! te non solum auctorem consiliorum meorum verum etiam spectatorem pugnarum mirificarum desideravi. postea vero quam Hortensius excogitavit, ut legem de religione Fufius tribunus pl. ferret, in qua nihil aliud a consulari rogatione differebat nisi iudicum genus (in eo autem erant omnia), pugnavitque, ut id ita fieret, quod et sibi et aliis persuaserat nullis illum iudicibus effugere posse, contraxi vela perspiciens inopiam iudicum neque dixi quidquam pro testimonio, nisi quod erat ita notum atque testatum, ut non possem praeterire.

Itaque, si causam quaeris absolutionis, ut iam *πρὸς τὸ πρότερον* revertar, egestas iudicum fuit et turpitude. id autem ut accideret, commissum est Hortensi consilio, qui, dum veritus est, ne Fufius ei legi inter-

heit steht. Denn seit Deiner Abreise von Brindisi habe ich noch keinen Brief wieder von Dir erhalten. Ich brenne darauf zu hören, wie es Dir geht.

(Rom), den 15. März (61).

16

Du fragst mich, wie es zugegangen ist, daß der Prozeß einen so ganz unerwarteten Verlauf genommen hat, und möchtest zugleich wissen, warum ich weniger als sonst mitgefochten habe. Ich will Dir, in der Weise Homers, in umgekehrter Reihenfolge antworten.

Solange es galt, für den Senatsbeschluß einzutreten, habe ich scharf und stürmisch gefochten, so daß das Volk zusammenströmte und laut seinem Beifall zu meinem rühmlichen Verhalten Ausdruck gab. Wenn ich Dir überhaupt jemals als forscher Politiker erschienen bin, bei dieser Gelegenheit hättest Du mich auf jeden Fall bewundert. Denn als er zu Volksreden seine Zuflucht nahm und dort mit meinem Namen Stimmung zu machen versuchte — Großer Gott! was für Schlachten habe ich geschlagen, was für Verwüstungen angerichtet! Wie habe ich mich auf Piso, Curio und die ganze Bande gestürzt! Wie habe ich mich über die Charakterlosigkeit der Alten, über die Haltlosigkeit der Jungen hergemacht! Gar oft habe ich Dich nicht nur als Berater, sondern auch als Augenzeugen dieser Riesenschlachten herbeigewünscht. Als nun aber Hortensius auf den Gedanken kam, der Volkstribun Fufius solle bezüglich des Religionsfrevelprozesses einen Antrag einbringen, der sich nur in der Art der Bestellung der Geschworenen von dem der Konsul unterschied — das war ja aber gerade der springende Punkt! —, und sich scharf dafür einsetzte, weil er glaubte und auch anderen das eingeredet hatte, Clodius könne, wenn er überhaupt vor einen Richter komme, nicht entweichen, da habe ich angesichts der Armut der Geschworenen die Segel gestrichen und nur als Zeuge ausgesagt, was auch sonst so bekannt und augenscheinlich war, daß ich es nicht verschweigen konnte.

Fragst Du mich also, um auf den ersten Punkt Deiner Anfrage zu kommen, nach der Ursache seiner Freisprechung, so war es die Ärmlichkeit und Verworfenheit der Geschworenen. Daß es so kommen konnte, hat Hortensius mit seinem Vorschlag verschuldet, der aus reiner Angst, Fufius würde bei dem auf Senatsbeschluß ein-

cederet, quae ex senatus consulto ferebatur, non vidit illud, satius esse illum in infamia relinqui ac sordibus quam infirmo iudicio committi, sed ductus odio properavit rem deducere in iudicium, cum illum plumbeo gladio iugulatum iri tamen diceret.

Sed iudicium si quaeris quale fuerit: incredibili 3 exitu, sic, uti nunc ex eventu ab aliis (a me tamen ex ipso initio) consilium Hortensi reprehendatur. nam ut reiectio facta est clamoribus maximis, cum accusator tamquam censor bonus homines nequissimos reiceret, reus tamquam clemens lanista frugalissimum quemque secerneret, ut primum iudices consederunt, valde diffidere boni coeperunt. non enim umquam turpior in ludo talario consessus fuit: maculosi senatores, nudi equites, tribuni non tam aerati quam, ut appellantur, aerarii. pauci tamen boni inerant, quos reiectione fugare ille non potuerat, qui maesti inter sui dissimiles et maerentes sedebant et contagione turpitudinis vehementer permovebantur. hic, ut 4 quaeque res ad consilium primis postulationibus referebatur, incredibilis erat severitas nulla varietate sententiarum. nihil impetrabat reus, plus accusatori dabatur, quam postulabat; triumphabat (quid quaeris?) Hortensius se vidisse tantum; nemo erat, qui illum reum ac non miliens condemnatum arbitraretur. me vero teste producto credo te ex acclamatione Clodi advocatorum audisse quae consurrectio iudicum facta sit, ut me circumsteterint, ut aperte iugula sua pro meo capite P. Clodio ostentarint. quae mihi res multo honorificentior visa est quam aut illa, cum iurare tui cives Xenocratem testimonium dicentem prohibuerunt, aut cum tabulas Metelli Numidici,

gebrachten Gesetzesantrag interzedieren, nicht sah, daß es besser gewesen wäre, man hätte ihn ohne Gerichtsverfahren in Schmutz und Schande verkommen lassen, als das Urteil einem unzuverlässigen Gerichtshof anheimzugeben. Aber von Haß verblindet, konnte er die Sache gar nicht schnell genug vor Gericht bringen, wobei er verlauten ließ, selbst wenn der Dolch von Blei wäre, würde er ihn tödlich treffen.

Fragst Du nun nach dem Verlauf des Prozesses – einfach unglaublich der Ausgang, so daß jetzt, wo es schief gegangen ist, auch andere Hortensius' Vorschlag tadeln, was ich doch von vornherein getan habe. Denn als unter gewaltigem Lärm die Verwerfung der Geschworenen stattgefunden hatte, wobei der Ankläger wie ein guter Zensor die nichtswürdigsten Elemente zurückwies, der Angeklagte aber wie ein Fechtmeister, der seine besten Fechter schont, lauter biedere Leute ausschied, und der Gerichtshof sich dann konstituierte, da verloren schon alle anständigen Leute das Vertrauen. Selbst bei einem derben Volksstück hat es nie ein so schändliches Publikum gegeben: Übelberüchtigte Senatoren, Habenichtse von Rittern, als Ärartribunen weniger Leute bei Kasse als, wonach sie ja auch heißen, von der Kasse. Doch waren einige anständige Elemente darunter, die er bei der Verwerfung nicht hatte abwimmeln können; die saßen betrübt und traurig inmitten ihrer ganz anders gearteten Kollegen und fühlten sich todunglücklich in der Berührung mit dem Laster. Und doch zeigte sich bei der Beratung der ersten Anträge der Parteien jedesmal ein wunderbarer Ernst, kein Schwanken der Ansichten; der Angeklagte erreichte nichts, während man dem Ankläger weiter entgegenkam, als er forderte. Hortensius triumphierte natürlich: das habe er kommen sehen, und alle betrachteten Clodius schon nicht mehr als Angeklagten, sondern als tausendfach Verurteilten. Als ich als Zeuge vorgeführt wurde – nun, Du hast wohl schon davon gehört, wie auf die abfälligen Bemerkungen von Clodius' Rechtsbeiständen hin die Geschworenen sich erhoben wie ein Mann, mich umringten und P. Clodius ganz unmißverständlich ihren Nacken für meinen Kopf boten. Dieser Vorgang erscheint mir viel ehrenvoller als jener, wo Deine Landsleute den Xenocrates hinderten, seine Zeugenaussage zu beschwören, oder jener, wo die Rechnungsbücher des

cum eae, ut mos est, circumferrentur, nostri iudices adspicere noluerunt; multo haec, inquam, nostra res maior. itaque iudicum vocibus, cum ego sic ab iis ut salus patriae defenderet, fractus reus et una patroni omnes conciderunt; ad me autem eadem frequentia postridie convenit, quacum abiens consulatu sum domum reductus. clamare praeclari Ariopagitae se non esse venturos nisi praesidio constituto. refertur ad consilium. una sola sententia praesidium non desideravit. defertur res ad senatum. gravissime ornatissimeque decernitur; laudantur iudices; datur negotium magistratibus. responsurum hominem nemo arbitrabatur.

** Ἐσπετε γὺν μοι, Μοῦσαι - ὄππῳς δὲ; πρῶτον πῶρ ἔμπεσε . . .*
 nosti Calvum ex Nanneianis illum, illum laudatorem meum, de cuius oratione erga me honorifica ad te scripseram. biduo per unum servum et eum ex ludo gladiatorio confecit totum negotium; accessit ad se, promisit, intercessit, dedit. iam vero (o di boni, rem perditam!) etiam noctes certarum mulierum atque adolescentulorum nobilium introductiones non nullis iudicibus pro mercedis cumulo fuerunt. ita summo discessu bonorum, pleno foro servorum XXV iudices ita fortes tamen fuerunt, ut summo proposito periculo vel perire maluerint quam perdere omnia; XXXI fuerunt, quos fames magis quam fama commoverit. quorum Catulus cum vidisset quendam, „quid vos“ inquit „praesidium a nobis postulabatis? an, ne nummi vobis eriperentur, timebatis?“

Habes, ut brevissime potui, genus iudicii et causam 6
 absolutionis. quaeris deinceps, qui nunc sit status re-

Metellus Numidicus, wie üblich, herumgereicht wurden und unsere Richter sich weigerten, auch nur einen Blick hineinzuzwerfen – viel bedeutender, sage ich, war dies mein Erlebnis. Als mich nun die Geschworenen wie einen Retter des Vaterlandes so verteidigten, da brach unter ihren Kundgebungen der Angeklagte zusammen, und alle seine Verteidiger ließen ebenfalls die Köpfe hängen. Zu mir aber kam tags darauf wieder einmal zahlreiches Volk, genau wie damals, als es mich nach der Niederlegung meines Konsulats nach Hause begleitete. Die trefflichen Areopagiten jedoch erklären, sie würden nicht wiederkommen, wenn man nicht für polizeilichen Schutz Sorge. Die Sache geht vor das Konsil; eine einzige Stimme erklärt ihn für unnötig. Man überträgt dem Senat die Entscheidung, der ernst und würdig seine Beschlüsse faßt. Die Geschworenen werden belobt, den Beamten ein entsprechender Auftrag erteilt. Daß der Mensch sich noch einmal stellen würde, glaubte niemand.

„Kündet, ihr Musen, mir jetzt . . . wie zuerst das Feuer nun fiel . . .“ Du kennst doch den Kahlkopf, den mit den Gütern des Nanneius, meinen Lobredner; von seiner für mich so ehrenvollen Eloge habe ich Dir ja geschrieben. In zwei Tagen erledigt der die ganze Geschichte durch einen Sklaven, und zwar einen aus der Gladiatorschule, holt die Leute heran, verspricht ihnen Geld, verbürgt sich für die Zahlung, zahlt es ihnen aus. Dann wurden aber auch – mein Gott, was für Zustände! – die Nächte bei gewissen Frauenzimmern sowie die Zuführung adliger Jüngelchen für manchen Geschworenen der Höhepunkt des Sündenlohns. So zogen sich die anständigen Elemente größtenteils zurück, der Markt füllte sich mit Sklaven. Und trotzdem zeigten sich fünfundzwanzig Geschworene so mutig, daß sie trotz höchster Gefahr lieber selbst ihr Leben lassen als alles verlorengeden wollten. Nur einunddreißig waren es, die sich mehr vom Hunger als von ihrer Ehre leiten ließen. Als Catulus einen von ihnen traf, fragte er ihn: „Wozu habt ihr eigentlich bei uns Schutz gesucht? Ihr hattet wohl Angst, man könnte euch euer Geld wegnehmen?“

Damit habe ich Dir, so kurz es ging, geschildert, wie es um den Gerichtshof stand und wie es geschehen konnte, daß er freigesprochen wurde. Du möchtest dann weiter wissen, wie jetzt die

rum et qui meus. rei publicae statum illum, quem tu meo consilio, ego divino confirmatum putabam, qui bonorum omnium coniunctione et auctoritate consulatus mei fixus et fundatus videbatur, nisi quis nos deus respexerit, elapsum scito esse de manibus uno hoc iudicio, si iudicium est triginta homines populi Romani levissimos ac nequissimos nummulis acceptis ius ac fas omne delere et, quod omnes non modo homines verum etiam pecudes factum esse sciant, id Talnam et Plautum et Spongiam et ceteras huius modi quisquiliis statuere numquam esse factum. sed tamen, 7 ut te de re publica consolet, non ita, ut sperarunt mali tanto imposito rei publicae vulnere, alacris exsultat improbitas in victoria. nam plane ita putaverunt, cum religio, cum pudicitia, cum iudiciorum fides, cum senatus auctoritas concidisset, fore ut aperte victrix nequitia ac libido poenas ab optimo quoque peteret sui doloris, quem improbissimo cuique inusserat severitas consulatus mei. idem ego ille (non enim mihi 8 videor insolenter gloriari, cum de me apud te loquor, in ea praesertim epistula, quam nolo aliis legi), idem, inquam, ego recreavi adflictos animos bonorum unum quemque confirmans, excitans; insectandis vero exagitantisque nummariis iudicibus omnem omnibus studiosis ac fautoribus illius victoriae *παρρησίαν* eripui, Pisonem consulem nulla in re consistere umquam sum passus, desponsam homini iam Syriam ademi, senatum ad pristinam suam severitatem revocavi atque abiectum excitavi, Clodium praesentem fregi in senatu cum oratione perpetua plenissima gravitatis tum altercatione eius modi, ex qua licet pauca degustes; nam cetera non possunt habere eandem neque vim neque venustatem remoto illo studio contentionis, quem *ἀγῶνα* vos appellatis. nam ut Id. Maiis in senatum con- 9 venimus, rogatus ego sententiam multa dixi de summa

Lage im allgemeinen sei, wie meine persönliche. So höre denn: der Staat, den Du durch meine klugen Maßnahmen, ich durch göttlichen Ratschluß gesichert glaubte, der durch das Zusammenstehen aller Patrioten und das Gewicht meines Konsulatsjahres fest gegründet und verwurzelt schien, ist uns, wenn nicht ein Gott uns unter seine Fittiche nimmt, durch diese eine Gerichtsverhandlung aus den Händen geglitten, falls man das noch eine Gerichtsverhandlung nennen kann, wenn dreißig leichtfertige Halunken – römische Bürger! – um schnödes Geld alles göttliche und menschliche Recht mit Füßen treten und dann ein Thalna, Plautus oder Spongia und das übrige Gelichter dieser Sorte zu behaupten wagt, was jeder Mensch, ja jedes Tier weiß, sei überhaupt niemals passiert. Doch um Dich über das Vaterland zu trösten: trotz der schweren Wunde, die dem Senat geschlagen ist, berauscht sich das muntere Gesindel keineswegs an seinem Siege, wie die Schurken es erwartet haben; sie hatten sich die Sache ganz anders gedacht: wenn Frömmigkeit, Ehrbarkeit, Vertrauen zu den Gerichten und das Ansehen des Senats zusammenbrächen, dann sollten Liederlichkeit und Willkür als unbestrittene Sieger dastehen und alle anständigen Leute für den Ärger büßen lassen, den die entschlossene Führung meines Konsulats allen Lumpen verursacht hat. Da bin ich es wieder gewesen – und ich meine, mich nicht ungebührlich zu rühmen, wenn ich zu Dir von mir rede, zumal in einem Briefe, den kein anderer lesen soll –, ich, sage ich, bin es gewesen, der die gebeugten Herzen der Patrioten wieder aufrichtete, indem ich den Wankenden stützte, den Kleinmütigen aufrüttelte. Ich habe die feilen Richter verfolgt und gehetzt und so allen ihren Gönnern und Förderern das Vergnügen, mit ihrem Siege zu prahlen, gründlich versalzen, habe den Konsul Piso überhaupt nicht mehr zur Ruhe kommen lassen, habe dem Kerl das ihm schon versprochene Syrien wieder abgenommen, den Senat zu seiner alten Würde zurückgerufen und aus seiner Niedergeschlagenheit aufgerichtet, habe Clodius persönlich vor dem Senat durch eine überaus wuchtige Dauerrede zerschmettert, besonders durch ein Wortgefecht, von dem Du eine Kostprobe haben sollst. Alles andere reizt und wirkt doch nicht so, wenn jene Streitlust fehlt, die Ihr „Agon“ nennt. Also: Als wir am 15. Mai im Senat versammelt waren, sagte ich, nach

re publica, atque ille locus inductus a me est divinitus, ne una plaga accepta patres conscripti conciderent, ne deficerent; vulnus esse eius modi, quod mihi nec dissimulandum nec pertimescendum videretur, ne aut ignorando stultissimi aut metuendo ignavissimi iudicaremur; bis absolutum esse Lentulum, bis Catilinam, hunc tertium iam esse a iudicibus in rem publicam immisum. „erras, Clodi; non te iudices urbi sed carceri reservarunt neque te retinere in civitate sed exsilio privare voluerunt. quam ob rem, patres conscripti, erigite animos, retinete vestram dignitatem. manet illa in re publica bonorum consensio; dolor accessit bonis viris, virtus non est imminuta; nihil est damni factum novi, sed, quod erat, inventum est. in unius hominis perditione iudicio plures similes reperti sunt.“ sed quid ago? paene orationem in epistulam inclusi. redeo ad altercationem. 10

Surgit pulchellus puer, obicit mihi me ad Baias fuisse. falsum; sed tamen quid hoc? „simile est“ inquam „quasi in aperto dicas fuisse.“ „quid“ inquit „homini Arpinati cum aquis calidis?“ „narra“ inquam „patrono tuo, qui Arpinatis aquas concupivit“ (nosti enim Marianas). „quousque“ inquit „hunc regem feremus?“ „regem appellas“ inquam „cum Rex tui mentionem nullam fecerit?“ (ille autem Regis hereditatem spe devorarat). „domum“ inquit „emisti.“ „putes“ inquam „dicere: iudices emisti.“ „iuranti“ inquit „tibi non crediderunt.“ „mihi vero“ inquam „XXV iudices crediderunt, XXXI, quoniam nummos ante acceperunt, tibi nihil crediderunt.“ magnis clamoribus adflictus conticuit et concidit.

meiner Meinung gefragt, manches über die Gesamtlage des Staates, und ein Gott gab mir die Worte ein: „Väter und Beigeordnete, brecht nicht unter dem einen Schlag zusammen, verzagt nicht! Wir sind schwer getroffen, das läßt sich nicht leugnen, darf uns aber auch nicht ängstigen; Angst würde uns den Vorwurf der Feigheit, Selbsttäuschung den der Torheit eintragen. Zweimal ist Lentulus, zweimal Catilina freigesprochen worden; dies ist jetzt der dritte, den die Gerichte auf den Staat losgelassen haben. Du irrst, Clodius! Die Geschworenen haben Dich nicht für ein Weiterleben in Rom laufen lassen, sondern nur für den Kerker aufgespart, wollten Dich nicht der Bürgerschaft erhalten, sondern gönnten Dir nur nicht die Verbannung. Darum, Väter und Beigeordnete, rafft euch auf, bewahrt eure Würde! Bestehen bleibt jenes Einvernehmen aller Patrioten, wenn es um das Vaterland geht. Das Gefühl der Erbitterung kann für uns Patrioten nur ein Gewinn sein, unsere alten Tugenden sind ungeschmälert geblieben. Was geschehen ist, bedeutet keinen neuen Schaden, der vorhandene ist nur ans Licht gekommen. Der Prozeß des einen Lumpen hat mehr seiner Sorte zutage gefördert.“ Aber da füge ich ja fast meine ganze Rede dem Brief ein! Also zurück zum Wortstreit!

Erhebt sich da der süße Junge und wirft mir an den Kopf, ich sei in Baiae gewesen. Stimmt zwar nicht; aber wenn schon! „Ungefähr dasselbe, als wenn Du sagtest, ich sei an verbotener Stätte gewesen“ antwortete ich. – Er: „Was versteht ein Mensch aus Arpinum überhaupt von Warmbädern?“ – Ich: „Sag das doch einmal Deinem Schutzherrn, der war doch darauf aus, sich die Bäder eines Arpinaten anzueignen“ – Du weißt ja, die des Marius. – Er: „Wie lange wollen wir diesen König noch ertragen?“ – Ich: „Du nennst mich König (rex), wohl weil ein Rex Dich in seinem Testament nicht bedacht hat?“ – Er hatte ja das Erbe des Rex schon in der Tasche zu haben geglaubt. – Er: „Du hast Dir ein Haus gekauft!“ – Ich: „Du wolltest wohl sagen: Geschworene erkaufte?“ – Er: „Die haben Deinem Zeugeneide nicht getraut!“ – Ich: „Mir haben fünfundzwanzig Geschworene getraut, Dir einunddreißig nicht, sonst hätten sie sich nicht vorher ihr Geld geben lassen.“ Damit verstummte er unter dem Eindruck des gewaltigen Lärms und gab es auf.

Noster autem status est hic: apud bonos iidem 11
 sumus, quos reliquisti, apud sordem urbis et faecem
 multo melius nunc, quam reliquisti. nam et illud
 nobis non obest, videri nostrum testimonium non
 valuisse; missus est sanguis invidiae sine dolore, atque
 etiam hoc magis, quod omnes illi fautores illius flagitii
 rem manifestam illam redemptam esse a iudicibus con-
 fitentur. accedit illud, quod illa contionalis hirudo
 aerarii, misera ac ieiuna plebecula, me ab hoc Magno
 unice diligi putat; et hercule multa et iucunda consue-
 tudine coniuncti inter nos sumus usque eo, ut nostri
 isti commissatores coniurationis, barbatuli iuvenes,
 illum in sermonibus Cn. Ciceronem appellent. itaque
 et ludis et gladiatoribus mirandas *ἐπισημασία*; sine
 ulla pastoricia fistula auferebamus.

Nunc est expectatio comitorum; in quae omnibus 12
 invitis trudit noster Magnus Auli filium atque in eo
 neque auctoritate neque gratia pugnat, sed quibus
 Philippus omnia castella expugnari posse dicebat, in
 quae modo asellus onustus auro posset adscendere.
 consul autem ille deterioris histrionis similis susce-
 pisse negotium dicitur et domi divisores habere; quod
 ego non credo. sed senatus consulta duo iam facta
 sunt odiosa, quod in consulem facta putantur, Catone
 et Domitio postulante, unum, ut apud magistratus
 inquiri liceret, alterum, cuius domi divisores habita-
 rent, adversus rem publicam. Lurco autem tribunus 13
 pl., qui magistratum simul cum lege Aelia iniit,
 solutus est et Aelia et Fufia, ut legem de ambitu ferret,
 quam ille bono auspicio claudus homo promulgavit.
 ita comitia in a. d. VI Kal. Sext. dilata sunt. novi est
 in lege hoc, ut, qui nummos in tribu pronuntiarit, si
 non dederit, impune sit, sin dederit, ut, quoad vivat,

Meine eigene Lage ist folgende: Mit den Optimaten stehe ich noch genauso wie bei Deiner Abreise, mit dem Unrat und der Hefe der Stadt viel besser als damals. Denn der Umstand, daß mein Zeugnis offensichtlich kein Gewicht gehabt hat, schadet mir nicht. Dem Haß, der mich verfolgte, ist zur Ader gelassen worden, und zwar ohne Beschwerden für den Patienten, um so weniger, als die Drahtzieher jenes niederträchtigen Vorgangs ganz offen zugeben, was ja auch mit Händen zu greifen ist, daß er nur durch Bestechung der Geschworenen davongekommen ist. Dazu kommt, daß diese Blutsauger am Staatssäckel, die sich in den Volksversammlungen herumdrücken, dies hungrige Lumpenpack, glauben, Magnus schätze mich wie keinen zweiten. Und in der Tat, lebhafter, angenehmer Verkehr verbindet uns, in solchem Maße, daß unsere lieben Bierbankverschwörer, diese milchbärtigen Jungen, ihn in ihren Gesprächen schon Gnaeus Cicero nennen. So erfahre ich bei Wettspielen und Gladiatorenkämpfen ganz kolossale Demonstrationen, von Ausrufen ist gar keine Rede.

Jetzt ist alles gespannt auf die Wahlen. Mein Magnus sucht dabei unter allgemeinem Widerspruch den Aulus-Sohn vorzuschieben, und bei diesem Geschäft arbeitet er nicht mit seinem Ansehen und Einfluß, sondern mit jenem Mittel, das nach Philipps Ausspruch die Tore jeder Burg öffnet, wenn nur ein goldbeladener Esel sie erklimmen kann. Die Durchführung des Geschäfts hat, wie ein Schauspieler zweiten Ranges, angeblich der Konsul übernommen und die Geldverteiler bei sich im Hause; aber das glaube ich nicht. Allerdings sind schon zwei Senatsbeschlüsse gefaßt, widerwärtig, weil sie, wie man meint, auf den Konsul gemünzt sind, auf Catos und Domitius' Antrag: 1. Bei Beamten darf eine Haussuchung vorgenommen werden; 2. in wessen Hause sich Geldverteiler etablieren, der handelt gegen das Staatsinteresse. Und der Volkstribun Lurco, der doch nach dem älischen Gesetz angetreten ist, ist von der Beobachtung des älischen wie des fufischen Gesetzes entbunden worden, um ein Gesetz gegen Bestechung einbringen zu können, das er denn auch unter dem günstigen Vorzeichen seiner Lahmheit promulgiert hat. So sind die Wahlen auf den 27. Juli verlegt worden. Neu bei diesem Gesetz ist, daß, wenn jemand in einer Tribus Geldgeschenke verspricht, dann aber nachher nicht zahlt,

singulis tribulibus HS CIO CIO CIO debeat. dixi hanc legem P. Clodium iam ante servasse; pronuntiare enim solitum esse et non dare. sed heus tu! videsne consulatum illum nostrum, quem Curio antea ἀποθέωσιν vocabat, si hic factus erit, fabam mimum futurum? qua re, ut opinor, φιλοσοφητέον, id quod tu facis, et istos consulatus non flocci facteon.

Quod ad me scribis te in Asiam statuisse non ire, 14
equidem mallet, ut ires, ac vereor, ne quid in ista re minus commode fiat; sed tamen non possum reprehendere consilium tuum, praesertim cum egomet in provinciam non sim profectus.

Epigrammatis tuis, quae in Amaltheo posuisti, 15
contenti erimus, praesertim cum et Thyillus nos reliquerit et Archias nihil de me scripserit; ac vereor, ne, Lucullis quoniam Graecum poema condidit, nunc ad Caecilianam fabulam spectet.

Antonio tuo nomine gratias egi eamque epistulam 16
Mallio dedi. ad te ideo antea rarius scripsi, quod non habebam idoneum, cui darem, nec satis sciebam, quo darem. valde te venditavi.

Cincius si quid ad me tui negotii detulerit, susci- 17
piam; sed nunc magis in suo est occupatus; in quo ego ei non desum. tu si uno in loco es futurus, crebras a nobis litteras exspecta; sed plures etiam ipse mittito. velim ad me scribas cuius modi sit Ἀμαλθειῶν tuum, 18
quo ornatu, qua τοποθεσία, et, quae poemata quasque historias de Ἀμαλθείᾳ habes, ad me mittas. libet mihi facere in Arpinati. ego tibi aliquid de meis scriptis mittam. nihil erat absoluti.

CICERO ATTICO SAL.

17

Magna mihi varietas voluntatis et dissimilitudo 1
opinionis ac iudicii Quinti fratris mei demonstrata est ex litteris tuis, in quibus ad me epistularum illius

eine Bestrafung unterbleibt; zahlt er, so soll er auf Lebenszeit jedem Tribusgenossen 3000 Sestertien zu zahlen verpflichtet sein. Ich habe daraufhin geäußert, ein solches Gesetz befolge Clodius schon von jeher; er verspreche immerzu, zahle aber nie. Paß auf! Merkst Du, wie mein Konsulat, das Curio einst eine Apotheose zu nennen pflegte, bei uns zur Posse wird, wenn wir diesen Kerl zum Konsul machen? So ist es wohl das beste, man wendet sich der Philosophie zu, wie Du, und pfeift auf diese Art von Konsulwürde.

Du schreibst, Du habest Dich entschlossen, nicht nach Asien zu gehen. Mir wäre es lieber, Du tätest es; ich fürchte, bei der Geschichte geht etwas schief. Doch will ich Deinen Entschluß nicht tadeln, zumal ich selbst nicht in die Provinz gegangen bin.

Mit den Epigrammen, die Du in Deinem Amaltheum aufgestellt hast, muß ich mich wohl zufrieden geben, zumal Thyillus mich im Stiche gelassen und Archias noch nichts über mich geschrieben hat; wo er das griechische Lucullerepos fertig hat, faßt er jetzt, fürchte ich, einen Caecilierstoff ins Auge.

Antonius habe ich in Deinem Namen gedankt und den betreffenden Brief dem Mallius mitgegeben. Wenn ich Dir bisher nicht gar zu oft geschrieben habe, so deshalb nicht, weil ich keinen rechten Besteller hatte und auch nicht genau wußte, wohin ich schreiben sollte. Ich habe Dich ihm warm empfohlen.

Wenn Cincius einen Auftrag von Dir für mich hat, übernehme ich ihn gern; augenblicklich ist er mit seinen eigenen Angelegenheiten ziemlich beschäftigt, und ich helfe ihm dabei. Sobald Du einen festen Aufenthaltsort hast, kannst Du öfter einen Brief von mir erwarten; aber dann schreib auch Du häufiger! Schildere mir doch bitte einmal Dein Amaltheion, seine Ausstattung, seine Lage, und schicke mir, was Du an Gedichten und Erzählungen über Amaltheia hast. Ich möchte mir ein ähnliches auf meinem Gute bei Arpinum einrichten. Von meinen Schriften schicke ich Dir demnächst einiges, augenblicklich ist nichts fertig. — (Rom, Anfang Juli 61)

Aus Deinem Schreiben, dem Du Abschriften von Briefen meines Bruders Quintus beifügst, ersehe ich, wie sehr er in seinen Stimmungen schwankt, wie wechselnd seine Ansichten und Urteile

exempla misisti. qua ex re et molestia sum tanta adfectus, quantam mihi meus amor summus erga utrumque vestrum adferre debuit, et admiratione, quidnam accidisset, quod adferret Quinto fratri meo aut offensionem tam gravem aut commutationem tantam voluntatis. atque illud a me iam intellegebatur, quod te quoque ipsum discedentem a nobis suspicari videbam, subesse nescio quid opinionis incommodae sauciumque esse animum et insedissee quasdam odiosas suspiciones. quibus ego mederi cum cuperem et antea saepe et vehementius etiam post sortitionem provinciae, nec tantum intellegebam esse offensionis, quantum litterae tuae declarant, nec tantum proficiebam, quantum volebam. sed tamen hoc me ipse consolabar, quod non dubitabam, quin te ille aut Dyrrachi aut in istis locis uspiam visurus esset; quod cum accidisset, confidebam ac mihi persuaseram fore ut omnia placarentur inter vos non modo sermone ac disputatione sed conspectu ipso congressuque vestro. nam quanta sit in Quinto fratre meo comitas, quanta iucunditas, quam mollis animus et ad accipiendam et ad deponendam offensionem, nihil attinet me ad te, qui ea nosti, scribere. sed accidit perincommode, quod eum nusquam vidisti. valuit enim plus, quod erat illi non nullorum artificiiis inculcatum, quam aut officium aut necessitudo aut amor vester ille pristinus, qui plurimum valere debuit. atque huius incommodi culpa ubi resideat, facilius possum existimare quam scribere; vereor enim, ne, dum defendam meos, non parcam tuis. nam sic intellego, ut nihil a domesticis vulneris factum sit, illud quidem, quod erat, eos certe sanare potuisse. sed huiusce rei totius vitium, quod aliquanto etiam latius patet, quam videtur, praesenti tibi commodius exponam.

De iis litteris, quas ad te Thessalonica misit, et de sermonibus, quos ab illo et Romae apud amicos tuos et in itinere habitos putas, ecquid tantum causae sit,

sind. Das bereitet mir schweren Verdruß, muß mich schwer verdrießen, weil ich Euch beide so lieb habe, und ich frage mich, was denn nur passiert ist, daß mein Bruder sich so schwer beleidigt fühlt oder so launenhaft ist. So viel merkte ich ja neulich schon, und Du ahntest es bei Deinem Scheiden von mir anscheinend auch, daß leider eine gewisse Verstimmung dahintersteckt, daß er verletzt ist und ein ganz häßlicher Verdacht sich in ihm festgesetzt hat. Den wünschte ich schon lange zu beseitigen, und besonders, seit er die Provinz bekommen hatte; aber ich ahnte nicht, daß er so tief verstimmt sei, wie Dein Brief es mir jetzt zeigt, und habe deshalb auch nicht den gewünschten Erfolg gehabt. Doch tröstete ich mich in der Gewißheit, daß er Dich ja in Durazzo oder sonstwo in Deiner Gegend dort treffen würde. In diesem Falle – davon war ich ganz fest überzeugt – würde alles zwischen Euch beigelegt werden, wenn Ihr Euch einmal gründlich miteinander aussprächet, ja Euch nur träfet und sähet. Denn wie aufgeschlossen mein Bruder ist, wie liebenswürdig, wie leicht reizbar, aber auch leicht zu versöhnen, weißt Du selbst, und ich brauche es Dir nicht erst zu sagen. Bedauerlicherweise hast Du ihn nun nirgends zu sehen bekommen. Was gewisse Leute ihm hinterlistig eingeflüstert hatten, wirkte eben stärker als Verpflichtung, Verwandtschaft und Eure alte Freundschaft, die eigentlich den Ausschlag hätte geben sollen. Was diese ganze Verstimmung verschuldet hat, kann ich mir wohl denken, möchte es Dir aber lieber nicht schreiben; ich müßte sonst befürchten, mit der Verteidigung der Meinen die Deinen zu verletzen. Ich bin überzeugt, mögen seine Hausgenossen ganz unschuldig sein – jedenfalls hätten sie die ihm geschlagene Wunde heilen können. Das Grundübel in der ganzen Angelegenheit sitzt bedeutend tiefer, als es äußerlich den Anschein hat, aber das kann ich Dir besser in persönlicher Aussprache auseinandersetzen.

Was den Brief angeht, den er Dir aus Thessalonich geschrieben hat, sowie die abfälligen Bemerkungen, die er, wie Du glaubst, vor Deinen Freunden in Rom und unterwegs über Dich gemacht hat, so weiß ich nicht, ob das wirklich so schlimm ist; jedenfalls ver-

ignoro, sed omnis in tua posita est humanitate mihi spes huius levandae molestiae. nam si ita statueris et irritabiles animos esse optimorum saepe hominum et eosdem placabiles et esse hanc agilitatem, ut ita dicam, mollitiamque naturae plerumque bonitatis et, id quod caput est, nobis inter nos nostra sive incommoda sive vitia sive iniurias esse tolerandas, facile haec, quem ad modum spero, mitigabuntur; quod ego ut facias te oro. nam ad me, qui te unice diligo, maxime pertinet neminem esse meorum, qui aut te non amet aut abs te non ametur.

Illa pars epistolae tuae minime fuit necessaria, in 5
qua exponis, quas facultates aut provincialium aut urbanorum commodorum et aliis temporibus et me ipso consule praetermiseris. mihi enim perspecta est et ingenuitas et magnitudo animi tui; neque ego inter me atque te quidquam interesse umquam duxi praeter voluntatem institutae vitae, quod me ambitio quaedam ad honorum studium, te autem alia minime reprehendenda ratio ad honestum otium duxit. vera quidem laude probitatis, diligentiae, religionis neque me tibi neque quemquam antepono, amoris vero erga me, cum a fraterno amore domesticoque discessi, tibi primas defero. vidi enim, vidi penitusque perspexi in 6
meis variis temporibus et sollicitudines et laetitia tuas. fuit mihi saepe et laudis nostrae gratulatio tua iucunda et timoris consolatio grata. quin mihi nunc te absente non solum consilium, quo tu excellis, sed etiam sermonis communicatio, quae mihi suavissima tecum solet esse, maxime deest – quid dicam? in publicane re, quo in genere mihi neglegenti esse non licet, an in forensi labore, quem antea propter ambitionem sustinebam, nunc, ut dignitatem tueri gratia possim, an in ipsis domesticis negotiis, in quibus ego

traue ich fest auf Deine Liebenswürdigkeit und hoffe, daß diese peinliche Sache sich wird einrenken lassen. Denn wenn Du Dir vor Augen hältst, daß nicht selten auch die besten Menschen reizbar sind, sich dann aber auch schnell versöhnen lassen, daß diese sozusagen charakterliche Beweglichkeit und Empfindsamkeit meist ein Zeichen anständiger Gesinnung ist und vor allem, daß wir Unannehmlichkeiten, Verfehlungen oder Beleidigungen untereinander geduldig hinnehmen müssen, so wird sich dieser Fall, wie ich hoffe, gütlich beilegen lassen. Darum bitte ich Dich herzlich. Mir, der ich Dich so innig liebe, liegt alles daran, daß niemand in meiner Familie Dich nicht liebt oder von Dir nicht geliebt wird.

Den Teil Deines Briefes, in dem Du mir darlegst, welche Gelegenheiten zu guten Geschäften in der Provinz oder in der Hauptstadt Du Dir sonst und gerade in meinem Konsulatsjahr hast entgehen lassen, hättest Du Dir aber wirklich schenken können. Ich kenne doch Deine Lauterkeit und Seelengröße, und den einzigen Unterschied zwischen Dir und mir habe ich von je nur in der Verschiedenheit unserer Lebensrichtung gesehen: während mich ein gewisser Ehrgeiz trieb, die Laufbahn des Politikers zu ergreifen, hat Dich Deine andersgeartete Veranlagung, die ich deswegen durchaus nicht tadeln will, dazu geführt, in ehrenvoller Muße Dein Ideal zu suchen. Was echte Vorzüge angeht, Rechtschaffenheit, Umsicht und Gewissenhaftigkeit, so stelle ich weder mich selbst noch sonst jemanden über Dich; aber erst in der Liebe zu mir gebe ich, abgesehen von der Liebe meines Bruders und meiner Familie, Dir den ersten Preis. Gesehen habe ich ja, gesehen und tief empfunden, wie Du Dich bei den Wechselfällen meines Schicksals bald gesorgt und bald gefreut hast. Mehr als einmal habe ich Deine lebhafteste Anteilnahme an einem Erfolg als erfreulich, Deinen Zuspruch in Ängsten als wohltuend empfunden. Und jetzt gar, wo Du fern bist, wie fehlt mir Dein guter Rat, den Du so trefflich zu erteilen weißt, wie sehr auch die persönliche Unterhaltung, die ich so gern mit Dir pflege, bei jeder erdenklichen Gelegenheit, bei meiner Arbeit als Politiker, die ich nicht vernachlässigen darf, wie bei meiner Tätigkeit vor Gericht, die ich einst meiner Laufbahn wegen ausübte, jetzt aber versehe, um die errungene Stellung durch den nötigen Einfluß zu stützen, ja gerade auch bei meinen häuslichen

cum antea tum vero post discessum fratris te sermonesque nostros desidero? postremo non labor meus, non requies, non negotium, non otium, non forenses res, non domesticae, non publicae, non privatae carere diutius tuo suavissimo atque amantissimo consilio ac sermone possunt.

Atque harum rerum commemorationem verecundia 7
saepe impedivit utriusque nostrum; nunc autem ea
fuit necessaria propter eam partem epistulae tuae, per
quam te ac mores tuos mihi purgatos ac probatos esse
voluisti. atque in ista incommoditate alienati illius
animi et offensi illud inest tamen commodi, quod et
mihi et ceteris amicis tuis nota fuit et abs te aliquanto
ante testificata tua voluntas omittendae provinciae, ut,
quod una non estis, non dissensione ac discidio vestro
sed voluntate ac iudicio tuo factum esse videatur. qua
re et illa, quae violata, expiabuntur et haec nostra,
quae sunt sanctissime conservata, suam religionem
obtinebunt.

Nos hic in re publica infirma, misera commutabili- 8
que versamur. credo enim te audisse nostros equites
paene a senatu esse diiunctos; qui primum illud
valde graviter tulerunt promulgatum ex senatus con-
sulto fuisse, ut de eis, qui ob iudicandum accepissent,
quaereretur. qua in re decernenda cum ego casu non
adfuissem sensissemque id equestrem ordinem ferre
moleste neque aperte dicere, obiurgavi senatum, ut
mihi visus sum, summa cum auctoritate et in causa
non verecunda admodum gravis et copiosus fui. ecce 9
aliae deliciae equitum vix ferendae! quas ego non
solum tuli, sed etiam ornavi. Asiam qui de censoribus
conduxerunt, questi sunt in senatu se cupiditate pro-
lapsos nimium magno conduxisse; ut induceretur lo-
catio postulaverunt. ego princeps in adiutoribus

Angelegenheiten, überall vermisste ich stets Dich und die Unterhaltung mit Dir, und nun nach dem Weggange meines Bruders erst recht. Es ist schon so: nicht in der Arbeit und nicht in der Ruhe, nicht bei Geschäften und nicht bei der Erholung, nicht daheim und nicht in der Öffentlichkeit, nicht im Senat und nicht in Privatangelegenheiten kann ich länger ohne Deinen lieben und liebenden Rat und Zuspruch sein.

An diese Dinge zu rühren, verbot gar oft unser beiderseitiges Zartgefühl. Jetzt fordert es der Abschnitt Deines Briefes, mit dem Du Dich und Dein Verhalten mir gegenüber rechtfertigen und plausibel machen möchtest. Nun, so unangenehm seine Verstimmung und sein Sichbeleidigtfühlen an sich ist, so ist doch ein Gutes dabei, insofern als mir und Deinen andern Freunden Dein Entschluß, kein Amt in der Provinz anzunehmen, bekannt war und Du ihn schon einmal bekundet hattest; wenn Ihr somit jetzt nicht beieinander seid, so sieht es so aus, als ob es aus freiem Willen und nach reiflicher Überlegung von Deiner Seite geschähe und nicht in Eurem Mißverhältnis und Zerwürfnis begründet wäre. So wird alles, was gefehlt ist, wieder gut gemacht werden, und unser Freundschaftsbund, gewissenhaft bewahrt, seine Heiligkeit behalten.

Wir leben hier in einem elenden, kraftlosen, schwankenden Staatswesen. Daß unsere Ritter sich beinahe mit dem Senat überworfen haben, hast Du wohl gehört. Zunächst waren sie über einen Gesetzesvorschlag des Senats empört, nach welchem diejenigen belangt werden sollten, die bei ihrer Tätigkeit als Richter Geld genommen hätten. Ich war bei der betreffenden Beratung zufällig nicht zugegen; als ich merkte, daß der Ritterstand empört sei, das aber nur nicht offen aussprechen könne, habe ich dem Senat Vorwürfe gemacht, die, wie ich glaube, ihren tiefen Eindruck nicht verfehlten, und die delikate Angelegenheit ziemlich wuchtig und beredt vertreten. Und dann noch ein zweites reizendes Gelüste der Ritter, das aber eigentlich über das erträgliche Maß hinausgeht; doch habe ich es nicht nur so hingehen lassen, sondern gar noch gefördert: Die Steuerpächter in Asien, die von den Zensoren gepachtet haben, beklagten sich im Senat, sie hätten sich verspekuliert und zu hohe Pacht bezahlt; nun forderten sie die Ungültigmachung der Pachtverträge. Da trat ich ihnen als erster zur Seite, oder genau-

atque adeo secundus; nam ut illi auderent hoc postulare, Crassus eos impulit. invidiosa res, turpis postulatio et confessio temeritatis. summum erat periculum, ne, si nihil impetrassent, plane alienarentur a senatu. huic quoque rei subventum est maxime a nobis perfectumque, ut frequentissimo senatu et liberalissimo uterentur, multaque a me de ordinum dignitate et concordia dicta sunt Kal. Dec. et postridie. neque adhuc res confecta est, sed voluntas senatus perspecta; unus enim contra dixerat Metellus consul designatus, eratque dicturus, ad quem propter diei brevitatem perventum non est, heros ille noster Cato. sic ego conservans rationem institutionemque nostram tueor, ut possum, illam a me conglutinatam concordiam. sed tamen, quoniam ista sunt tam infirma, munitur quaedam nobis ad retinendas opes nostras tuta, ut spero, via, quam tibi litteris satis explicare non possum, significatione parva ostendam tamen: utor Pompeio familiarissime. video, quid dicas. cavebo, quae sunt cavenda, ac scribam alias ad te de meis consiliis capessendae rei publicae plura.

Luceium scito consulatum habere in animo statim petere. duo enim soli dicuntur petituri, Caesar (cum eo coire per Arrium cogitat) et Bibulus (cum hoc se putat per C. Pisonem posse coniungi). rides? non sunt haec ridicula, mihi crede.

Quid aliud scribam ad te, quid? multa sunt, sed in aliud tempus. nos quod ad tempus te exspectare velis, cures ut sciam. iam illud modeste rogo, quod maxime cupio, ut quam primum venias.

Non. Dec.

CICERO ATTICO SAL.

18

Nihil mihi nunc scito tam deesse quam hominem eum, quocum omnia, quae me cura aliqua adficiunt,

genommen als zweiter. Denn Crassus war es, der sie dazu verleitete, diese Forderung überhaupt zu erheben. Eine unangenehme Sache! Garstig die Forderung und ein Eingeständnis der Unbedachtsamkeit. Es bestand die Gefahr gänzlicher Entfremdung zwischen ihnen und dem Senat, falls sie ihren Willen nicht durchsetzten. Auch in dieser Sache habe besonders ich ihnen beigestanden und erreicht, daß der Senat sich zahlreich versammelte und Entgegenkommen zeigte, auch manches Wort über die Bedeutung der beiden Stände und ihr Einvernehmen gesagt. Das war am 1. und 2. Dezember. Erledigt ist die Sache bis jetzt noch nicht, aber doch die Stimmung des Senats deutlich zu erkennen. Denn nur einer hatte dagegen gesprochen, der designierte Konsul Metellus; sprechen wollte noch, kam aber nicht mehr dazu, weil der Tag zu kurz war, unser alter Kämpfer Cato. So suche ich unter Wahrung meiner alten Grundsätze jenes von mir geknüpfte Band des Einvernehmens nach Möglichkeit zu sichern, halte mir aber doch, um mir meine einflußreiche Stellung zu wahren, angesichts der Unsicherheit dieses Einvernehmens einen, wie ich hoffe, gangbaren Weg offen, den ich Dir hier nicht näher beschreiben kann, Dir aber doch kurz andeuten will: ich stehe im engsten Vertrauensverhältnis zu Pompeius. Was Du dazu sagst, kann ich mir wohl denken; aber ich bin auf der Hut, wo es nötig ist. Wie ich mir unter diesen Umständen meine politische Betätigung denke, darüber ein andermal mehr.

Noch eins: Luceius beabsichtigt, sich sofort um das Konsulat zu bewerben; angeblich sind nämlich nur zwei Bewerber da, Caesar, mit dem er durch Arrius' Vermittlung zusammenzugehen gedenkt, und Bibulus, mit dem er sich über C. Piso ins Benehmen setzen zu können hofft. Da lachst Du? Aber glaub mir, es ist durchaus nicht zum Lachen!

Was soll ich Dir sonst noch schreiben, was? Ich wüßte schon mancherlei; aber auf später! Laß mich wissen, wann wir Dich erwarten dürfen. Und nun nur noch eine bescheidene, aber dringende Bitte: komm so bald wie möglich!

(Rom), den 5. Dezember (61).

Wisse, mir fehlt im Augenblick nichts so sehr wie ein Mensch, dem ich alles sagen könnte, was mich bedrückt, der mich liebt und

una communicem, qui me amet, qui sapiat, quicum ego cum loquar, nihil fingam, nihil dissimulem, nihil obtegam. abest enim frater ἀφελέστατος et amantissimus. †Metellus† non homo, sed „litus atque aer et solitudo mera.“ tu autem, qui saepissime curam et angorem animi mei sermone et consilio levasti tuo, qui mihi et in publica re socius et in privatis omnibus conscius et omnium meorum sermonum et consiliorum particeps esse soles, ubinam es? ita sum ab omnibus destitutus, ut tantum requietis habeam, quantum cum uxore et filiola et mellito Cicerone consumitur. nam illae ambitiosae nostrae fucosaeque amicitiae sunt in quodam splendore forensi, fructum domesticum non habent. itaque cum bene completa domus est tempore matutino, cum ad forum stipati gregibus amicorum descendimus, reperire ex magna turba neminem possumus, quocum aut iocari libere aut suspirare familiariter possimus. qua re te exspectamus, te desideramus, te iam etiam arcessimus. multa sunt enim, quae me sollicitant anguntque; quae mihi videor aures nactus tuas unius ambulationis sermone exhaurire posse.

Ac domesticarum quidem sollicitudinum aculeos ² omnes et scrupulos occultabo neque ego huic epistulae atque ignoto tabellario committam. atque hi (nolo enim te permoveri) non sunt permolesti, sed tamen insident et urgent et nullius amantis consilio aut sermone requiescunt; in re publica vero, quamquam animus est praesens, tamen vulnus etiam atque etiam ipsa medicina efficit. nam ut ea breviter, quae post tuum discessum acta sunt, colligam, iam exclames necesse est res Romanas diutius stare non posse. etenim post profectionem tuam primus, ut opinor, introitus fuit fabulae Clodianae, in qua ego nactus, ut mihi videbar, locum resecandae libidinis et coercendae iuventutis vehemens flavi et omnes profundi vires animi atque ingenii mei non odio adductus alicuius sed spe non corrigendae sed sanandae civitatis. ad- ³

Verstand hat, mit dem im Gespräch ich nichts erfinden, nichts verheimlichen, nichts vertuschen brauchte. Mein herzlieber Bruder mit seinem unverbildeten Charakter ist ja nicht da: . . . ist kein Mensch, sondern „Meeressaum, blaue Luft, um und um Einsamkeit“. Du aber, der Du mir oft mein sorgenschweres Herz mit Rat und Zuspruch erleichtert hast, der Du sonst immer mein Beistand im öffentlichen Leben bist, der Du alle meine persönlichen Verhältnisse kennst und an meinen Gesprächen und Entschlüssen teilnimmst, wo bist Du? Ich fühle mich so vollkommen vereinsamt, daß ich Ruhe nur bei meiner Frau, meinem Töchterchen und dem süßen Cicero finde. Jene eigennützigen Scheinfreundschaften sind ja nur ein Blendwerk für die Öffentlichkeit, für mein Privatleben bringen sie mir keinen Gewinn. So ist zwar mein Haus zur Morgenstunde voll, und dicht umringt von Freundesscharen gehe ich aufs Forum; aber unter der ganzen Bande ist kein einziger, mit dem ich unbefangen scherzen oder vertraulich meinem Unmut Ausdruck geben könnte. Darum warte ich auf Dich, sehne mich nach Dir, ja rufe Dich geradezu herbei; denn vieles macht mir Angst und Sorge, wovon ich mich, wenn Du mich anhören könntest, wahrscheinlich durch die Unterhaltung auf einem Spaziergang befreien würde.

All die Stacheln und Ängstigungen meiner häuslichen Sorgen behalte ich für mich, will sie auch nicht diesem Brief und seinem mir unbekanntem Überbringer anvertrauen; sie sind auch – darüber kannst Du ganz beruhigt sein – nicht übermäßig lästig, haften aber doch in der Seele und drücken, und keines Freundes tröstlicher Rat bringt sie zur Ruhe. Was jedoch den Staat angeht, so ist zwar noch Leben in ihm, aber gerade die Arznei reißt die alte Wunde immer wieder auf. Denn – um auf eine kurze Formel zu bringen, was seit Deinem Weggange geschehen ist – Du kommst unweigerlich zu der Erkenntnis: mit dem römischen Staat geht es zu Ende. Nach Deiner Abreise begann das, was ich den ersten Auftritt des Clodiusdramas nennen möchte, in dem mir, wie ich glaubte, die Rolle zufiel, die Willkür zu beschneiden und die Jugend in ihre Schranken zu weisen. Da habe ich laut ins Horn gestoßen und alle meine geistigen und seelischen Kräfte spielen lassen, nicht aus Haß gegen irgendwen, sondern in der Hoffnung, die Bürgerschaft wenn auch nicht zu bessern, so doch ihre Wunden zu heilen. Und der Erfolg?

flicta res publica est empto constupratoque iudicio. vide, quae sint postea consecuta. consul est impositus is nobis, quem nemo praeter nos philosophos adspicere sine suspiritu posset. quantum hoc vulnus! facto senatus consulto de ambitu, de iudiciis nulla lex perlata, exagitatus senatus, alienati equites Romani. sic ille annus duo firmamenta rei publicae per me unum constituta evertit, nam et senatus auctoritatem abiecit et ordinum concordiam disiunxit. instat hic nunc annus egregius. eius initium eius modi fuit, ut anniversaria sacra Iuventatis non committerentur; nam M. Luculli uxorem Memmius suis sacris initiavit; Menelaus aegre id passus divortium fecit. quamquam ille pastor Idaeus Menelaum solum contempserat, hic noster Paris tam Menelaum quam Agamemnonem liberum non putavit. est autem C. Herennius quidam 4 tribunus pl., quem tu fortasse ne nosti quidem; tamen etsi potes nosse, tribulis enim tuus est, et Sextus pater eius nummos vobis dividere solebat. is ad plebem P. Clodium traducit idemque fert, ut universus populus in campo Martio suffragium de re Clodi ferat. hunc ego accepi in senatu, ut soleo, sed nihil est illo homine lentius.

Metellus est consul egregius et nos amat, sed immi- 5 nuit auctoritatem suam, quod habet dicis causa promulgatum illud idem de Clodio. Auli autem filius, odi immortales! quam ignavus ac sine animo miles! quam dignus, qui Palicano, sicut facit, os ad male audiendum cotidie praebeat!

Agraria autem promulgata est a Flavio, sane levis, 6 eadem fere, quae fuit Plotia. sed interea *πολιτικὸς ἀνὴρ οὐδ' ὄναρ* quisquam inveniri potest; qui poterat, familiaris noster (sic est enim; volo te hoc scire), Pompeius togulam illam pictam silentio tuetur suam. Crassus verbum nullum contra gratiam. ceteros iam nosti; qui ita sunt stulti, ut amissa re publica piscinas suas fore salvas sperare videantur. unus est, qui curet con- 7

Ein mit Geld und Weibern erkaufter Gerichtshof schlägt den Staat zu Boden! Und nun sieh an, was dann kam: einen Konsul hat man uns hingesetzt, den nur wir Philosophen ohne Seufzen anblicken können. Welch ein Schlag! Der Senat faßt Beschlüsse über Wahlbestechung, über Geschworenengerichte, aber kein Gesetz geht durch; der Senat in wilder Aufregung, die römische Ritterschaft vor den Kopf gestoßen: so hat dieses Jahr die beiden Stützen des Staates, die ich allein aufgerichtet habe, vernichtet; denn der Senat hat sein Ansehen verspielt und das Einvernehmen der Stände gesprengt. Ein Prachtjahr steht uns jetzt bevor. Es begann damit, daß die alljährlichen Opfer für die Iuventas nicht stattfanden; denn Memmius weihte die Gattin des M. Lucullus in seine Mysterien ein, Menelaus ärgerte sich darüber und schied sich von ihr. Indessen, jener Hirt vom Ida hatte nur Menelaus mißachtet, unser Paris hier hat sowohl Menelaus wie auch Agamemnon nicht für voll genommen. Unter den Volkstribunen ist ein gewisser C. Herennius, den Du wahrscheinlich nicht einmal dem Namen nach kennst – eigentlich müßtest Du ihn kennen, er ist Dein Tribusgenosse, und sein Vater Sextus zahlte Euch immer die Bestechungsgelder aus –; der versucht, P. Clodius in die Plebs zu überführen und stellt dazu den Antrag, das Gesamtvolk solle auf dem Marsfeld über Clodius' Sache entscheiden. Den habe ich mir im Senat vorgenommen, wie es meine Art ist; aber der Kerl ist zu zähe.

Metellus ist ein tüchtiger Konsul und schätzt mich; nur mindert es sein Ansehen, daß er der Form halber denselben Antrag über Clodius promulgiert hat. Aber der Aulussohn – mein Gott, was für ein träger, schlapper Kumpan! Ganz richtig, daß er sich täglich von Palicanus aufziehen läßt.

Ein Ackergesetz hat Flavius promulgiert, recht unbedeutend, ungefähr so wie das plotische. Und unterdes findet sich keiner, den man auch nur im Traume als echten Staatsmann bezeichnen könnte; der einzig geeignete, mein Freund – so steht es nämlich, muß Du wissen –, Pompeius, hüllt sich in Schweigen, um sich sein Prunkgewand nicht zu bekleckern. Crassus sagt kein Wort, das Anstoß erregen könnte; die übrigen kennst Du ja: sie sind so dumm, daß sie offenbar hoffen, sich ihre Fischeiche erhalten zu können, auch wenn das Vaterland zugrunde geht. Nur einer wirkt, mehr durch

stantia magis et integritate quam, ut mihi videtur, consilio aut ingenio, Cato; qui miseros publicanos, quos habuit amantissimos sui, tertium iam mensem vexat neque iis a senatu responsum dari patitur. ita nos cogimur reliquis de rebus nihil decernere, ante quam publicanis responsum sit. qua re etiam legationes reiectum iri puto.

Nunc vides, quibus fluctibus iactemur, et si ex iis, 8
 quae scripsimus tanta, etiam a me non scripta perspicias, revise nos aliquando et, quamquam sunt haec fugienda, quo te voco, tamen fac, ut amorem nostrum tanti aestimes, ut eo vel cum his molestiis pervenire velis. nam ne absens censeare, curabo edicendum et proponendum locis omnibus; sub lustrum autem censi germani negotiatoris est. qua re cura, ut te quam primum videamus.

XI Kal. Febr. Q. Metello L. Afranio coss.

CICERO ATTICO SAL.

19

Non modo si mihi tantum esset otii, quantum est 1
 tibi, verum etiam si tam breves epistulas vellem mittere, quam tu soles, facile te superarem et in scribendo multo essem crebrior quam tu. sed ad summas atque incredibiles occupationes meas accedit, quod nullam a me volo epistulam ad te sine argumento ac sententia pervenire. et primum tibi, ut aequum est civi amanti patriam, quae sint in re publica, exponam; deinde, quoniam nos amore tibi proximi sumus, scribemus etiam de nobis ea, quae scire te non nolle arbitramur.

Atque in re publica nunc quidem maxime Gallici 2
 belli versatur metus. nam Haedui fratres nostri pugnam nuper malam pugnarunt et Helvetii sine dubio sunt in armis excursionesque in provinciam faciunt. senatus decrevit, ut consules duas Gallias sortirentur,

seine Festigkeit und lautere Gesinnung, wie mir scheinen will, als durch angeborene Klugheit: Cato, der die armen Steuerpächter, die ihn sonst sehr schätzten, nun schon drei Monate lang quält und es zu keiner Erledigung ihrer Ansprüche durch den Senat kommen läßt. So sehen wir uns zur Beschlußunfähigkeit in allen Dingen verurteilt, solange nicht den Steuerpächtern ein Entscheid gegeben wird, und wahrscheinlich werden deswegen auch die Gesandtschaften vertagt werden.

Da siehst Du, welche Stürme uns schütteln, und wenn Du Dir nach den tollen Vorgängen, die ich Dir hier geschildert habe, ein Bild machen kannst von dem, was ich verschweige, so komm endlich einmal wieder zu mir! Zwar müßte man eigentlich den Ort, an den ich Dich rufe, meiden, aber stelle unsere Freundschaft doch einmal so hoch, daß Du Dich entschließt, selbst unter solchen Beschwerlichkeiten herzukommen; denn dafür Sorge ich, daß eine Kundmachung ergeht und überall angeschlagen wird, die es Dir unmöglich macht, zur Schätzung nicht persönlich zu erscheinen; und eben vor Torschluß läßt sich doch nur ein waschechter Handlungsmann schätzen. So mach', daß ich Dich möglichst bald wiedersehe!

(Rom), den 20. Januar im Konsulatsjahr des Q. Metellus und L. Afranius (60).

19

Nicht nur wenn ich so viel Zeit hätte wie Du, auch wenn ich Dir so kurze Briefe schreiben wollte wie Du gewöhnlich mir, würde ich Dich leicht überholen und viel häufiger schreiben als Du; aber trotz meiner ganz unglaublichen Inanspruchnahme lege ich auch noch Wert darauf, keinen Brief ohne bedeutenden und sinnvollen Inhalt an Dich gelangen zu lassen. So will ich Dir denn heute, wie es bei einem guten Patrioten recht und billig ist, erstens die öffentlichen Verhältnisse darlegen, zweitens aber auch von mir selbst schreiben, soweit ich Interesse dafür bei Dir voraussetzen zu dürfen glaube; denn Dir stehe ich in Liebe am nächsten.

In der Politik steht augenblicklich die Furcht vor einem Krieg in Gallien im Vordergrund. Unsere Blutsbrüder, die Häduer, haben unglücklich gekämpft, die Helvetier stehen zweifelsohne unter Waffen und beunruhigen unsere Provinz durch Einfälle. Der Senat hat beschlossen, die Konsuln sollen die beiden Gallien als

dilectus haberetur, vacationes ne valerent, legati cum auctoritate mitterentur, qui adirent Galliae civitates darentque operam, ne eae se cum Helvetiis coniungerent. legati sunt Q. Metellus Creticus et L. Flaccus et, τὸ ἐπὶ τῆς κακῆς μέρους, Lentulus Clodiani filius. atque hoc loco illud non queo praeterire, quod, cum 3 de consularibus mea prima sors exisset, una voce senatus frequens retinendum me in urbe censuit. hoc idem post me Pompeio accidit, ut nos duo quasi pignora rei publicae retineri videremur. quid enim ego aliorum in me ἐπιφωνήματα exspectem, cum haec domi nascantur?

Urbanæ autem res se sic habent: agraria lex a Fla- 4 vio tribuno pl. vehementer agitabatur auctore Pompeio; quæ nihil populare habebat præter auctorem. ex hac ego lege secunda contionis voluntate omnia illa tollebam, quæ ad privatorum incommodum pertinebant; liberabam agrum eum, qui P. Mucio L. Calpurnio consulibus publicus fuisset, Sullanorum hominum possessiones confirmabam, Volaterranos et Arretinos, quorum agrum Sulla publicarat neque dividerat, in sua possessione retinebam; unam rationem non reiciebam, ut ager hac adventicia pecunia emeretur, quæ ex novis vectigalibus per quinquennium reciperetur. huic toti rationi agrariæ senatus adversabatur suspicans Pompeio novam quandam potentiam quaeri; Pompeius vero ad voluntatem perferendæ legis incubuerat. ego autem magna cum agrariorum gratia confirmabam omnium privatorum possessiones; is enim est noster exercitus, hominum, ut tute scis, locupletium; populo autem Pompeioque (nam id quoque volebam) satis faciebam emptione, qua constituta diligenter et sentinam urbis exhauriri et Italiae solitudinem frequentari posse arbitrabar. sed hæc tota res interpellata bello refrixerat.

Provinz übernehmen; eine Aushebung soll stattfinden, Dienstbefreiung gibt es nicht; bevollmächtigte Gesandte sollen zu den gallischen Stämmen gehen und versuchen, sie von einer Verbindung mit den Helvetiern abzuhalten. Damit sind Q. Metellus Creticus, L. Flaccus und – das Fettagge auf der Brühe – Lentulus, des Clodianus Sohn, beauftragt worden. Und hier darf ich eins nicht verschweigen: Als bei den Konsularen das erste Los auf mich fiel, erklärte der zahlreich versammelte Senat einstimmig, mich daheim behalten zu wollen. Genauso ging es dann bei Pompeius; wir beide sollen also offenbar gleichsam als Pfand für das Wohl des Staates dabehalten werden. Warum soll ich also nach Anerkennung in der Fremde ausschauen, wo die Heimat sie mir in dieser Weise bietet?

In der Innenpolitik sieht es so aus: Für das Ackergesetz wird vom Volkstribunen Flavius heftig Stimmung gemacht, und dahinter steht Pompeius. Das ist aber auch das einzig Populäre an der Sache. Aus diesem Gesetz suche ich unter Zustimmung der Volksversammlung alle die Punkte zu beseitigen, die für die Privatleute nachteilig sind, suche das Ackerland, das im Konsulatsjahre des P. Mucius und L. Calpurnius (133) noch Staatsland gewesen ist, freizustellen, die Sullaner in ihrem Besitzrecht zu sichern und ebenso den Volaterranern und Arretinern, deren Gebiet Sulla eingezogen, aber nicht aufgeteilt hat, ihr Besitzrecht zu erhalten; nur den einen Punkt lasse ich unverändert, die Bezahlung des Ackerlandes mit den Auslandsgeldern, die in den nächsten fünf Jahren aus den neuen Tributen einkommen. Der Senat tritt dieser ganzen Ackergesetzgebung entgegen in dem Argwohn, man erstrebe damit nur eine neue Machtstellung für Pompeius; der aber hat sich darauf versteift, das Gesetz durchzubringen. Ich versuche, alle Privatleute in ihren Besitzrechten zu schützen und gewinne mir damit den Dank der Agrarier – die begüterten Leute sind, wie Du weißt, meine Leibgarde –, suche aber dem Volke sowie Pompeius – auch das ist meine Absicht – Genüge zu tun durch den Ankauf von Ländereien, der, gewissenhaft getätigt, vielleicht die Entfernung der Großstadthebe und die Wiederbelebung der öden Landstrecken in Italien ermöglicht. Aber jetzt ist der Krieg dazwischengekommen und die ganze Sache im Sande verlaufen.

Metellus est consul sane bonus et nos admodum diligit; ille alter nihil ita est, ut plane, quid emerit, nesciat.

Haec sunt in re publica, nisi etiam illud ad rem publicam putas pertinere, Herennium quendam tribunum pl., tribulem tuum, sane hominem nequam atque egentem, saepe iam de P. Clodio ad plebem traducendo agere coepisse. huic frequenter interceditur.

Haec sunt, ut opinor, in re publica. ego autem, ut semel Nonarum illarum Decembrium iunctam invidia ac multorum inimicitis eximiam quandam atque immortalem gloriam consecutus sum, non destiti eadem animi magnitudine in re publica versari et illam institutam ac susceptam dignitatem tueri; sed postea quam primum Clodi absolute levitatem infirmitatemque iudiciorum perspexi, deinde vidi nostros publicanos facile a senatu disiungi, quamquam a me ipso non divellerentur, tum autem beatos homines, hos piscinarios dico, amicos tuos, non obscure nobis invidere, putavi mihi maiores quasdam opes et firmiora praesidia esse quaerenda. itaque primum eum, qui nimium diu de rebus nostris tacuerat, Pompeium adduxi in eam voluntatem, ut in senatu non semel sed saepe multisque verbis huius mihi salutem imperii atque orbis terrarum adiudicaret; quod non tam interfuit mea (neque enim illae res aut ita sunt obscurae, ut testimonium, aut ita dubiae, ut laudationem desiderent) quam rei publicae, quod erant quidam improbi, qui contentionem fore aliquam mihi cum Pompeio ex rerum illarum dissensione arbitrarentur. cum hoc ego me tanta familiaritate coniunxi, ut uterque nostrum in sua ratione munitior et in re publica firmior hac coniunctione esse possit. odia autem illa libidinosae et delicatae iuventutis, quae erant in me incitata, sic mitigata sunt comitate quadam mea, me unum ut omnes illi colant; nihil iam denique a me asperum in

Metellus ist ein ganz ausgezeichnete Konsul und mir recht zusetzen, der andere dagegen eine solche Null, daß er nicht weiß, was er gekauft hat.

Das sind die politischen Vorgänge, wenn Du nicht etwa die Tatsache zur Politik rechnen willst, daß ein gewisser Herennius, Volkstribun, Tribusgenosse von Dir, ein ganz liederlicher Proletarier, schon ab und zu von einem Übertritt des P. Clodius zur Plebs zu reden beginnt; doch interzediert man ihm fortgesetzt.

Soviel etwa wäre über die Politik zu sagen. Was mich angeht, so betätige ich mich, seit ich mir durch die Ereignisse des 5. Dezember so ungewöhnlichen, unsterblichen, freilich auch mit allseitiger Mißgunst und Feindschaft verbundenen Ruhm erworben habe, fortgesetzt gleich hochgemut in der Politik und suche mir die so begründete und übernommene Stellung zu erhalten. Seit ich aber bei der Freisprechung des Clodius den Wankelmut und die Unzuverlässigkeit der Gerichte durchschaut habe, ferner sehen mußte, wie leicht sich unsere Steuerpächter mit dem Senat überwerfen, ohne sich allerdings von mir zu trennen, wie weiterhin die hochwohlgeborenen Herren – ich meine diese Fischteichbesitzer, Deine Freunde – kein Hehl daraus machen, daß sie mir meine Stellung nicht gönnen, hielt ich es doch für angebracht, mir einen etwas stärkeren Beistand und wirksameren Schutz zu suchen. So habe ich zunächst den, der sich allzu lange über meine Erfolge ausgeschwiegen hatte, Pompeius, dahin gebracht, mich im Senat nicht nur einmal, nein, wiederholt und in längerer Rede als Retter unseres Reiches und der Welt anzuerkennen, was weniger für mich von Bedeutung war – die Dinge sind ja nicht so unbekannt, daß sie eines Zeugnisses, noch so umstritten, daß sie einer Lobrede bedürften –, wie für das Vaterland; denn es gab da einige Schelme, die da hofften, ich würde mich mit Pompeius wegen einer Meinungsverschiedenheit in diesen Dingen überwerfen. Mit ihm bin ich also in ein so enges Vertrauensverhältnis getreten, daß wir beide uns infolge dieses Einvernehmens persönlich sicherer und für den Parteienkampf besser gewappnet fühlen dürfen. Den Haß, den man bei jener ausschweifenden, verweichlichten Jugend gegen mich erregt hatte, habe ich durch eine gewisse Artigkeit von meiner Seite so beschwichtigt, daß sie alle mich besonders ehrerbietig behandeln.

quemquam fit nec tamen quidquam populare ac dissolutum, sed ita temperata tota ratio est, ut rei publicae constantiam praestem, privatis meis rebus propter infirmitatem bonorum, iniquitatem malevolorum, odium in me improborum adhibeam quandam cautionem et diligentiam. atque ita tamen istis novis amicitiiis implicati sumus, ut crebro mihi vafer ille Siculus insusurret Epicharmus cantilenam illam suam: *τὰ ε και μέραι ἀπιστεῖν* ἄρθρα τὰ τα τᾶν φρενῶν.

Ac nostrae quidem rationis ac vitae quasi quandam formam, ut opinor, vides. de tuo autem negotio saepe 9 ad me scribis. cui mederi nunc non possumus; est enim illud senatus consultum summa pedariorum voluntate, nullius nostrum auctoritate factum. nam quod me esse ad scribendum vides, ex ipso senatus consulto intellegere potes aliam rem tum relatam, hoc autem de populis liberis sine causa additum. et ita factum est a P. Servilio filio, qui in postremis sententiam dixit, sed immutari hoc tempore non potest. itaque conventus, qui initio celebrabantur, iam diu fieri desierunt. tu si tuis blanditiis tamen a Sicyoniis nummularum aliquid expresseris, velim me facias certiolem.

Commentarium consulatus mei Graece compositum 10 misi ad te. in quo si quid erit, quod homini Attico minus Graecum eruditumque videatur, non dicam, quod tibi, ut opinor, Panhormi Lucullus de suis historiis dixerat, se, quo facilius illas probaret Romani hominis esse, idcirco barbara quaedam et *σόλοικα* dispersisse; apud me si quid erit eius modi, me imprudente erit et invito. Latinum si perfecero, ad te mitam. tertium poema exspectato, ne quod genus a me ipso laudis meae praetermittatur. hic tu cave dicas: „*τίς πατέρ' αἰνίσει*”; si est enim apud homines quidquam, quod potius laudetur, nos vituperemur, qui

Gegen niemand bin ich mehr barsch, und doch gebärde ich mich nicht als zügellosen Demokraten; mein ganzes Verhalten ist so wohlabgewogen, daß ich im öffentlichen Leben Festigkeit zeige, im privaten der Unzuverlässigkeit der Optimaten, der Feindseligkeit meiner Neider, dem Haß der schlechten Elemente mit einer gewissen Vorsicht und Behutsamkeit begegne. Indessen steht es mit meiner Verstrickung in diese Freundschaft so, daß mir der sizilische Piffikus, Epicharm, gar häufig sein bekanntes Sprüchlein ins Ohr flüstert: „Immer nüchtern! Glaub' nicht alles! Das der Weisheit A und O.“

Das mag Dir als kurzer Abriß meiner Lebensgrundsätze gelten. Von Deinen Schwierigkeiten hast Du mir schon öfter geschrieben, aber im Augenblick weiß ich keine Abhilfe. Jener Senatsbeschluß ist hauptsächlich durch die Stimmen der niederen Rangklassen zustande gekommen; von uns steht keiner dahinter, und wenn Du meinen Namen unter dem Protokoll findest, so kann der Wortlaut des Beschlusses Dir zeigen, daß es sich dabei um etwas anderes handelte und der Beschluß über die freien Gemeinden nur ein unbegründeter Nachtrag war, veranlaßt von P. Servilius jun., der ganz zuletzt den Antrag stellte. Daran ist zur Zeit nichts zu ändern, und die anfangs häufigen Protestversammlungen haben auch längst aufgehört. Glückt es Dir trotzdem, durch Dein gewinnendes Wesen ein paar Groschen aus den Sicyoniern herauszupressen, so laß es mich bitte wissen!

Die griechisch abgefaßte Denkschrift über mein Konsulat habe ich Dir zugestellt. Findest Du darin etwas, was einem „Atticus“ ungrüchisch und nicht ganz stilvoll erscheint, so will ich nicht wiederholen, was Lucullus dir einst – war's nicht in Palermo? – über sein Geschichtswerk gesagt hat: man solle gleich merken, daß ein Römer es geschrieben habe; deshalb habe er ein paar Barbarismen und Solözismen eingestreut. Findest Du also etwas Derartiges bei mir, so ist es ohne mein Wissen und Wollen hineingeraten. Die lateinische Fassung schicke ich Dir, sobald sie fertig ist. Als drittes darfst Du ein Epos erwarten, denn ich möchte keine Literaturgattung ungenutzt lassen, mein Lob zu singen. Nun sag' Du bloß nicht: „Wer wird den Vater loben“; gibt es auf Erden etwas, was eher Lob verdient, so mag man mich tadeln, daß ich nicht

non potius alia laudemus; quamquam non *ἔγκωμιστικά* sunt haec sed *ιστορικά*, quae scribimus.

Quintus frater purgat se mihi per litteras et adfirmat nihil a se cuiquam de te secus esse dictum. verum haec nobis coram summa cura et diligentia sunt agenda; tu modo nos revise aliquando.

Cossinius hic, cui dedi litteras, valde mihi bonus homo et non levis et amans tui visus est et talis, qualem esse cum tuae mihi litterae nuntiarant.

Id. Mart.

CICERO ATTICO SAL.

20

Cum e Pompeiano me Romam recepissem a. d. III Id. Maias, Cincius noster eam mihi abs te epistulam reddidit, quam tu Id. Febr. dederas. ei nunc epistulae litteris his respondebo.

Ac primum tibi perspectum esse iudicium de te meum laetor, deinde te in iis rebus, quae mihi asperius a nobis atque nostris et iniucundius actae videbantur, moderatissimum fuisse vehementissime gaudeo idque neque amoris mediocris et ingenii summi ac sapientiae iudico. qua de re cum ad me ita suaviter, diligenter, officiose, humaniter scripseris, ut non modo te hortari amplius non debeam sed ne exspectare quidem abs te aut ab ullo homine tantum facilitatis ac mansuetudinis potuerim, nihil duco esse commodius quam de his rebus nihil iam amplius scribere. cum erimus congressi, tum, si quid res feret, coram inter nos conferemus.

Quod ad me de re publica scribis, disputas tu quidem et amanter et prudenter, et a meis consiliis ratio tua non abhorret; nam neque de statu nobis nostrae dignitatis est recedendum neque sine nostris copiis intra alterius praesidia veniendum, et is, de quo scribis, nihil habet amplum, nihil excelsum, nihil non summissum atque populare. verum tamen fuit ratio mihi fortasse ad tranquillitatem meorum temporum non

lieber fremdes Verdienst rühme. Im übrigen schreibe ich ja gar keine Lobreden, sondern Geschichte.

Mein Bruder Quintus rechtfertigt sich mir gegenüber brieflich; er versichert, niemals habe er sich ungebührlich über Dich gegen jemand geäußert. Darüber müssen wir einmal persönlich eingehend und ernstlich reden. Also komm doch endlich einmal!

Dieser Cossinius, dem ich den Brief zur Beförderung übergebe, scheint mir ein anständiger, gewissenhafter Mensch zu sein, der Dich sehr liebt, ganz wie Du ihn mir in Deinem Briefe geschildert hast.

(Rom), den 15. März (60)

20

Als ich am 12. Mai vom Pompeianum wieder nach Rom kam, brachte mir unser Cincius Deinen Brief vom 13. Februar, den ich hiermit beantworten will.

Vor allem freue ich mich, daß Du mein Urteil über Dich nun genau kennst; ebenso, daß Du die Frage, die ich und die Meinen vielleicht ein wenig grob und unfreundlich behandelt haben, so besonnen hingenommen hast, was ich als ein Zeichen besonderer Zuneigung und höchster Lebensart und Klugheit werte. Du schreibst mir so liebevoll und aufmerksam, so zuvorkommend und freundlich, daß ich mich verpflichtet fühle, nicht weiter in Dich zu dringen; ja, so viel Umgänglichkeit und Gutherzigkeit konnte ich überhaupt weder von Dir noch von sonst jemand erwarten. So ist es denn wohl das beste, nicht mehr an diese Dinge zu rühren; wenn wir uns wiedersehen und die Sache verlangt es, dann reden wir mündlich darüber.

Deine Ratschläge für die Politik sind liebevoll und klug, und Dein Standpunkt entspricht meinen Absichten: die Stellung, die mir meine Würde anweist, darf ich nicht aufgeben und mich nicht ohne Deckung in den Machtbereich eines andern wagen. Der von Dir Genannte ist gewiß keine glänzende, hervorragende Erscheinung, alles an ihm ist unterwürdig und auf Gunsthascherei berechnet; indessen ist meine Maßnahme doch vielleicht nicht so ganz abwegig gewesen, sofern sie mir ein ruhigeres Leben in meiner

inutilis, sed mehercule rei publicae multo etiam utilior quam mihi civium improborum impetus in me reprimi, cum hominis amplissima fortuna, auctoritate, gratia fluctuantem sententiam confirmassem et a spe malorum ad mearum rerum laudem convertissem. quod si cum aliqua levitate mihi faciendum fuisset, nullam rem tanti aestimassem; sed a me ita sunt acta omnia, non ut ego illi adsentiens levior, sed ut ille me probans gravior videretur. reliqua sic a me aguntur ³ et agentur, ut non committamus, ut ea, quae gessimus, fortuito gessisse videamur. meos bonos illos viros, quos significas, et eam, quam mihi dicis obtigisse *Σπάργαν*, non modo numquam deseram, sed etiam, si ego ab illa deserar, tamen in mea pristina sententia permanebo. illud tamen velim existimes, me hanc viam optimatam post Catuli mortem nec praesidio ullo nec comitatu tenere. nam, ut ait Rhinton, ut opinor, *οἱ μὲν παρ' οὐδέν εἰσι, τοῖς δ' οὐδέν μέλει.* mihi vero ut invideant piscinarii nostri, aut scribam ad te alias aut in congressum nostrum reservabo. a curia autem nulla me res divellet, vel quod ita rectum est vel quod rebus meis maxime consentaneum vel quod, a senatu quanti fiam, minime me paenitet.

De Sicyoniis, ut scripsi ad te antea, non multum ⁴ spei est in senatu; nemo est enim iam, qui queratur. qua re si id exspectas, longum est; alia via, si qua potes, pugna. cum est actum, neque animadversum est, ad quos pertineret, et raptim in eam sententiam pedarii cucurrerunt. inducendi senatus consulti maturitas nondum est, quod neque sunt, qui querantur, et multi partim malevolentia partim opinione aequitatis delectantur.

gespannten Lage verschafft, noch viel segensreicher als für mich persönlich aber für den Staat, wenn den Angriffen ruchloser Mitbürger auf mich Einhalt geboten wird dadurch, daß ich den schwankenden Grundsätzen dieses vom Glück verwöhnten, hochangesehenen, einflußreichen Mannes Halt gegeben und ihn dazu gebracht habe, nicht auf die Bösen zu bauen, sondern meinen Standpunkt als richtig anzuerkennen. Auch wenn das mit einer gewissen Leichtfertigkeit von meiner Seite verbunden gewesen wäre, so würde der Erfolg ein solches Verhalten rechtfertigen; nun habe ich aber doch alles so gedeichselt, daß nicht ich mich ihm füge und somit als unbeständig gelten könnte, sondern daß er zur Besinnung gekommen zu sein scheint, indem er meinen Standpunkt gelten läßt. Im übrigen soll es nicht dazu kommen, dafür Sorge ich, jetzt und in Zukunft, daß es so aussieht, als ob ich diese Entwicklung aufs Geratewohl herbeigeführt hätte; meine guten alten Freunde, auf die Du hindeutest, und das mir zugefallene „Sparta“, wie Du Dich ausdrückst, werde ich niemals im Stiche lassen, ja, selbst wenn es mich verläßt, bleibe ich doch bei meiner alten Einstellung. Eines aber mußt Du Dir vor Augen halten: diesen Optimatenkurs steuere ich seit Catulus' Tod ohne Deckung, ganz auf mich selbst gestellt; denn – so sagt, glaube ich, Rhinton – „die einen taugen nichts, die andern kümmert's nicht“. Wie mich aber unsere Fischteichbesitzer beneiden, schreibe ich Dir ein ander Mal oder spare es mir für unser Zusammensein auf. Indessen lasse ich mich durch nichts vom Senat trennen, weil es so richtig ist oder meinen Verhältnissen am besten entspricht oder auch, weil ich mit meiner Stellung im Senat durchaus zufrieden bin.

Deine Sache mit den Sicyoniern hat, wie ich Dir schon neulich schrieb, wenig Aussicht im Senat; es beschwert sich sonst schon niemand mehr, und so wird es lange dauern, wenn Du darauf wartest; Du mußt es schon, wenn möglich, anders anfangen. Als die Sache damals verhandelt wurde, beachtete niemand, wer davon betroffen würde, und stracks stimmten die niederen Rangklassen dafür. Zur Kassierung des Senatsbeschlusses ist die Zeit noch nicht reif, denn niemand beschwert sich mehr darüber, und viele haben ihren Spaß daran, sei es aus Schadenfreude, oder um sich in den Ruf der Gerechtigkeit zu setzen.

Metellus tuus est egregius consul; unum reprehendo, quod otium e Gallia nuntiari non magno opere gaudet. cupit, credo, triumphare. hoc vellem mediocrius; cetera egregia. Auli filius vero ita se gerit, ut eius consulatus non consulatus sit sed Magni nostri ὑπώπιον.

De meis scriptis misi ad te Graece perfectum consulatam meum. cum librum L. Cossinio dedi. puto te Latinis meis delectari, hinc autem Graeco Graecum invidere. alii si scripserint, mitemus ad te; sed, mihi crede, simul atque hoc nostrum legerunt, nescio quo pacto retardantur.

Nunc ut ad rem meam redeam, L. Papirius Paetus, vir bonus amatorque noster, mihi libros eos, quos Ser. Claudius reliquit, donavit. cum mihi per legem Cinciam licere capere Cincius amicus tuus diceret, libenter dixi me accepturum, si attulisset. nunc si me amas, si te a me amari scis, enitere per amicos, clientes, hospites, libertos denique ac servos tuos, ut scidane qua depereat; nam et Graecis iis libris, quos suspicor, et Latinis, quos scio illum reliquisse, mihi vehementer opus est. ego autem cotidie magis, quod mihi de forensi labore temporis datur, in iis studiis conquiesco. per mihi, per, inquam, gratum feceris, si in hoc tam diligens fueris, quam soles in iis rebus, quas me valde velle arbitraris, ipsiusque Paeti tibi negotia commendo, de quibus tibi ille agit maximas gratias; et ut iam invisas nos, non solum rogo, sed etiam suadeo.

Dein Metellus ist ein trefflicher Konsul, an dem ich nur eins auszusetzen habe, daß er von den Friedensbotschaften aus Gallien nicht allzu begeistert ist. Wahrscheinlich spitzt er sich auf einen Triumph; darin sähe ich ihn gern etwas zurückhaltender. In allem andern ist er vortrefflich. Der Aulus-Sohn hingegen führt sich so auf, daß sein Konsulat kein Konsulat ist, sondern nur eine Warze im Antlitz unseres Pompeius.

Von meinen Schriften habe ich Dir die griechische Denkschrift über mein Konsulat geschickt; L. Cossinius bringt sie Dir. Schon meine lateinischen Schriften machen Dir sicher Freude; um diese griechische aber könnte mich wohl gar ein Grieche beneiden. Falls auch andere etwas schreiben, schicke ich es Dir; aber glaub' mir, wenn sie dies mein Werk lesen, werden sie sich unwillkürlich gehemmt fühlen.

Um nun auf ein persönliches Anliegen zu kommen: L. Papirius Paetus, ein braver Mann, der mich schätzt, hat mir die von Ser. Claudius hinterlassenen Bücher geschenkt. Wie mir Dein Freund Cincius sagt, darf ich sie nach dem cincischen Gesetz annehmen, und so habe ich erklärt, ich nähme sie gern, wenn er sie mir herschaffte. Also, wenn Du mich liebst und weißt, daß ich Dich liebe, sorg' durch Deine Freunde, Klienten und Bekannten, ja, Deine Freigelassenen und Sklaven dafür, daß auch nicht ein Blatt verlorengeht; denn sowohl die griechischen Bücher, die ich darunter vermute, wie auch die lateinischen, die er, wie ich weiß, hinterläßt, brauche ich dringend. Soweit mir meine Tätigkeit auf dem Forum noch Zeit dazu läßt, finde ich von Tag zu Tag mehr in solcher Beschäftigung meine Befriedigung. Du tust mir einen großen, wirklich einen ganz großen Gefallen, wenn Du Dich in dieser Sache so gewissenhaft zeigst, wie Du es in allen Dingen tust, wo Du meinst, daß ich Gewicht darauf lege. Auch Paetus' eigene Angelegenheiten empfehle ich Dir; er läßt Dir herzlich danken. Im übrigen bitte ich Dich nicht nur, nein, rate Dir geradezu, mich endlich zu besuchen.

(Rom, im Mai 60)

LIBER SECUNDUS

CICERO ATTICO SAL.

I

Kal. Iun. eunti mihi Antium et gladiatores M. Me- 1
telli cupide relinquenti venit obviam tuus puer. is
mihi litteras abs te et commentarium consulatus mei
Graece scriptum reddidit. in quo laetatus sum me ali-
quanto ante de iisdem rebus Graece item scriptum li-
brum L. Cossinio ad te perferendum dedisse; nam si
ego tuum ante legissem, furatum me abs te esse dice-
res. quamquam tua illa (legi enim libenter) horridula
mihi atque incompta visa sunt, sed tamen erant ornata
hoc ipso, quod ornamenta neglexerant, et ut mulieres
ideo bene olere, quia nihil olebant, videbantur. meus
autem liber totum Isocrati myrothecium atque omnes
eius discipulorum arculas ac non nihil etiam Aristotelia
pigmenta consumpsit. quem tu Corcyrae, ut mihi
aliis litteris significas, strictim attigisti, post autem, ut
arbitror, a Cossinio accepisti. quem tibi ego non essem
ausus mittere, nisi eum lente ac fastidiose probavissem.
quamquam ad me rescripsit iam Rhodo Posidonius se, 2
nostrum illud *ὑπόμνημα* cum legeret, quod ego ad
eum, ut ornatus de iisdem rebus scriberet, miseram,
non modo non excitatum esse ad scribendum sed etiam
plane deterritum. quid quaeris? conturbavi Graecam
nationem. ita vulgo qui instabant, ut darem sibi, quod
ornarent, iam exhibere mihi molestiam destiterunt.
tu, si tibi placuerit liber, curabis, ut et Athenis sit et in
ceteris oppidis Graeciae; videtur enim posse aliquid
nostris rebus lucis adferre.

Oratiunculas autem et quas postulas et plures etiam 3
mittam, quoniam quidem ea, quae nos scribimus adu-
lescentulorum studiis excitati, te etiam delectant. fuit

ZWEITES BUCH

I

Als ich mich am 1. Juni, den Gladiatorenspielen des M. Metellus glücklich entronnen, auf dem Wege nach Antium befand, begegnete mir Dein Kurier und übergab mir einen Brief von Dir sowie Deinen griechischen Bericht über mein Konsulat. Es freut mich doch, schon bedeutend eher ein ebenfalls griechisch geschriebenes Werkchen über denselben Gegenstand dem L. Cossinius zur Beförderung an Dich mitgegeben zu haben. Denn hätte ich Dein Büchlein vorher gelesen, so würdest Du wohl gar sagen, ich hätte bei Dir gestohlen. Allerdings, Dein Schriftwerk – ich habe es natürlich mit großem Vergnügen gelesen – scheint mir ein wenig schlicht und kunstlos, findet aber wohl seinen Schmuck gerade darin, daß es so schmucklos ist, und riecht, wie die Weiber, wahrscheinlich darum gut, weil es nach gar nichts riecht. Meine Schrift dagegen hat die ganze Palette des Isocrates und die Farbkästen all seiner Schüler verbraucht, dazu auch ein wenig aristotelische Schminke aufgelegt. Du hast es ja, wie Du mir in einem anderen Briefe andeutest, in Korfu flüchtig in der Hand gehabt und nun wohl durch Cossinius erhalten; erst nach eingehender, peinlicher Prüfung habe ich es Dir zu senden gewagt. Jedoch habe ich aus Rhodus von Posidonius schon eine Antwort. Ich hatte ihm meine Denkschrift zugeschickt, damit er über diese Ereignisse etwas Geschmackvolles schriebe; nun hat ihn deren Lektüre nicht nur nicht zum Schreiben angeregt, sondern ihn vollends eingeschüchtert. Was sagst Du dazu? Ich habe die griechische Welt in Verlegenheit gebracht! So hören sie, die mich allenthalben um einen Stoff angingen, den sie geschmackvoll behandeln könnten, nun wohl auf, mich zu belästigen. Wenn Dir mein Buch gefällt, sorg' doch dafür, daß man es in Athen und den anderen Griechenstädten bekommen kann. Das könnte wohl zur Verbreitung meiner Taten beitragen.

Die gewünschten Reden sollst Du haben, und sogar noch mehr; auch Du hast ja Deine Freude an dem, was ich zur Förderung der jungen Leute in ihren rhetorischen Studien herausgebe. Dein Lands-

enim mihi commodum, quod in eis orationibus, quae Philippicae nominantur, enituerat tuus ille civis et quod se ab hoc refractariolo iudiciali dicendi genere abiunxerat, ut *σεμνότερός τις* et *πολιτικώτερος* videretur, curare, ut meae quoque essent orationes, quae consulares nominarentur. quarum una est in senatu Kal. Ian., altera ad populum de lege agraria, tertia de Othone, quarta pro Rabirio, quinta de proscriptorum filiis, sexta, cum provinciam in contione deposui, septima, quom Catilinam emisi, octava, quam habui ad populum postridie quam Catilina profugit, nona in contione, quo die Allobroges indicarunt, decima in senatu Non. Decembribus. sunt praeterea duae breves, quasi *ἀλοσπασμάτια* legis agrariae. hoc totum *σῶμα* curabo ut habeas; et quoniam te cum scripta tum res meae delectant, iisdem ex libris perspicies, et quae gesserim et quae dixerim; aut ne poposcisses. ego enim tibi me non offerebam.

Quod quaeris, quid sit, quo te arcessam, ac simul 4
impeditum te negotiis esse significas neque recusas, quin, non modo si opus sit, sed etiam si velim, accurras, nihil sane est necesse, verum tamen videbare mihi tempora peregrinationis commodius posse describere. nimis abes diu, praesertim cum sis in propinquis locis, neque nos te fruimur et tu nobis cares. ac nunc quidem otium est, sed si paulo plus furor Pulchelli progredi posset, valde ego te istim excitarem. verum praeclare Metellus impedit et impediet. quid quaeris? est consul 5
γυλόπατρις et, ut semper iudicavi, natura bonus. ille autem non simulat, sed plane tribunus pl. fieri cupit. qua de re cum in senatu ageretur, fregi hominem et inconstantiam eius reprehendi, qui Romae tribunatum pl. peteret, cum in Sicilia heri aedilitatem se pe-

mann Demosthenes zeigt sich ja erst in seinen sogenannten Philip-pischen Reden in vollem Glanze; erst in ihnen hält er sich frei von jener polternden Art der Gerichtsrede, um erhabener und mehr als Staatsmann zu erscheinen. So halte ich es für angebracht, auch aus meinen Reden eine besondere Gruppe auszuscheiden, die ich die konsularischen genannt wissen möchte. Dazu gehören: 1. die Senatsrede vom 1. Januar; 2. über das Ackergesetz vor dem Volke; 3. über Otho; 4. für Rabirius; 5. über die Söhne der Proskribierten; 6. mein Verzicht auf die Provinz in der Volksversammlung; 7. als ich Catilina aus der Stadt wies; 8. die am Tage nach der Flucht Catilinas vor dem Volke gehaltene; 9. in der Volksversammlung, von dem Tage, an dem die Allobroger ihre Aussagen machten; 10. am 5. Dezember vor dem Senat. Außerdem zwei kurze, sozusagen Fragmente des Ackergesetzes. Ich Sorge dafür, daß Du dieses ganze Corpus bekommst. Und da Dich ja meine Taten nicht weniger als meine Schriften interessieren, wirst Du aus den gleichen Büchern erfahren, was ich geredet, und gleichzeitig, was ich geschafft habe – sonst hättest Du sie Dir nicht fordern sollen: aufgedrängt habe ich sie Dir ja nicht.

Du fragst, weshalb ich Dich herrufe, und gleichzeitig deutest Du an, Geschäfte verböten Dir, zu kommen, weigerst Dich aber doch nicht, herbeizueilen, wenn es nötig sei oder ich es auch nur wünschte. Dringend ist es allerdings nicht, doch hättest Du mir die Etappen Deiner Reise etwas genauer angeben können. Allzu lange bist Du schon fern, gerade weil Du nicht so gar weit bist; mir fehlt der Genuß Deiner Gegenwart, und Du hast mich nicht. Augenblicklich herrscht ja Ruhe; aber wenn der süße Junge die Möglichkeit erhielte, mit seinem Wüten gegen mich auch nur ein wenig weiterzukommen, würde ich Dich dringend von dort herzitieren. Doch wehrt ihm Metellus ganz tüchtig und wird das auch weiter tun. Um es kurz zu sagen: er ist eben ein patriotischer Konsul und, wie ich ihn immer beurteilt habe, ein grundanständiger Charakter. Freilich, jener tut nicht nur so, er hat wirklich die Absicht, sich um das Volkstribunat zu bewerben. Als hierüber im Senat verhandelt wurde, habe ich den Kerl heruntergemacht und ihm seine Unbeständigkeit vorgehalten, daß er sich jetzt in Rom um das Volkstribunat bewerbe, wo er doch in Sizilien gestern noch habe verlauten lassen,

tere dicitasset, neque magno opere dixi esse nobis laborandum, quod nihilo magis ei licitum esset plebeio rem publicam perdere, quam similibus eius me consule patriciis esset licitum. iam cum se ille septimo die venisse a freto neque sibi obviam quemquam prodire potuisse et noctu se introisse dixisset in eoque se in contione iactasset, nihil ei novi dixi accidisse. „ex Sicilia septimo die Romam“; ac tribus horis Roma Interamnam. „noctu introisse“; item ante. „non esse itum obviam“; ne tum quidem, cum iri maxime debuit. quid quaeris? hominem petulantem modestum reddo non solum perpetua gravitate orationis sed etiam hoc genere dictorum. itaque iam familiariter cum ipso cavillor ac iocor; quin etiam, cum candidatum deduceremus, quaerit ex me, num consuessem Siculis locum gladiatoribus dare. negavi. „at ego“ inquit „novus patronus instituum; sed soror, quae tantum habeat consularis loci, unum mihi solum pedem dat.“ „noli“ inquam „de uno pede sororis queri; licet etiam alterum tollas.“ „non consulare“ inquit „dictum“. fateor; sed ego illam odi male consularem. „ea est enim seditiosa, ea cum viro bellum gerit“, neque solum cum Metello sed etiam cum Fabio, quod eos nihili esse moleste fert.

Quod de agraria lege quaeris, sane iam videtur re- 6
 frixisse. quod me quodam modo molli brachio de Pompei familiaritate obiurgas, nolim ita existimes me mei praesidii causa cum illo coniunctum esse, sed ita res erat instituta, ut, si inter nos esset aliqua forte dissensio, maximas in re publica discordias versari esset necesse. quod a me ita praecautum atque provisum est, non ut ego de optima illa mea ratione decederem,

er wolle Ädil werden. Indessen – so führte ich aus – könne uns das ziemlich einerlei sein; als Plebejer werde er ebensowenig imstande sein, den Staat zu verderben, wie es Patriziern gleichen Kalibers unter meinem Konsulat geglückt sei. Und als er dann erzählte, er sei in ganzen sieben Tagen von Messina nach Rom gekommen, und so sei es zu erklären, daß ihm niemand zur Begrüßung habe entgegenkommen können, außerdem sei er bei Nacht eingetroffen, – als er sich damit in der Volksversammlung aufspielte, entgegnete ich ihm, das sei ja bei ihm gar nichts Neues: sieben Tage von Messina nach Rom, und in drei Stunden von Rom nach Interamna; Ankunft bei Nacht: genau wie damals; kein Mensch ihm entgegenkommend: auch damals nicht, als es sehr angebracht gewesen wäre. Was soll ich sagen: ich bringe den Frechdachs durch fortgesetzt ernstes Zureden und derartige Schnäcke noch zur Reason! So treibe ich denn schon ganz freundschaftlich meinen Scherz mit ihm und ziehe ihn auf. Stell' Dir vor: wir führen da neulich einen Amtsbewerber ein. Da fragt er mich, ob ich bei den Gladiatorenspielen den Siziliern immer einen Platz verschaffte. Ich verneinte das. Er: „Ich als ihr neuer Schutzherr werde damit den Anfang machen; leider gibt mir aber meine Schwester, die doch als Gattin des Konsuls so viel Platz zur Verfügung hat, nur einen Fuß breit.“ Darauf ich: „Wegen des einen Fußes Deiner Schwester laß Dir doch keine grauen Haare wachsen; heb' doch einfach auch den andern auf!“ Ein Scherz, eines Konsulars kaum würdig, wirst Du sagen. Zugegeben; aber ich kann dieses Konsulweib auf den Tod nicht leiden. Denn „dauernd macht sie Streit und zankt mit ihrem Mann“, und nicht nur mit Metellus, nein, auch mit Fabius; sie kann es einfach nicht ertragen, daß beide so unbedeutend sind.

Du fragst nach dem Ackergesetz. Damit scheint es gänzlich aus zu sein. Wenn Du mich ganz zart ins Gebet nimmst wegen meines Verhältnisses zu Pompeius, so darfst Du die Sache nicht so auffassen, als hätte ich mich mit ihm verbunden, um mich persönlich zu decken; vielmehr liegen die Dinge so, daß es bei der geringsten Meinungsverschiedenheit zwischen uns beiden unbedingt zu schweren Mißhelligkeiten im Staatsleben gekommen wäre. Ich habe das alles so vorsichtig angefaßt und eingefädelt, daß nicht ich meine be-

sed ut ille esset melior et aliquid de populari levitate deponeret. quem de meis rebus, in quas cum multi incitarant, multo scito gloriosius quam de suis praedicare; sibi enim bene gestae, mihi conservatae rei publicae dat testimonium. hoc facere illum mihi quam prosit, nescio; rei publicae certe prodest. quid? si etiam Caesarem, cuius nunc venti valde sunt secundi, reddo meliorem, num tantum obsum rei publicae? quin etiam si mihi nemo invideret, si omnes, ut erat 7
aequum, faverent, tamen non minus esset probanda medicina, quae sanaret vitiosas partes rei publicae, quam quae exsecaret. nunc vero cum equitatus ille, quem ego in clivo Capitolino te signifero ac principe collocaram, senatum deseruerit, nostri autem principes digito se caelum putent attingere, si nulli barbati in piscinis sint, qui ad manum accedant, alia autem neglegant, nonne tibi satis prodesse videor, si perficio, ut ii nolint obesse, qui possunt? nam Catonem nostrum 8
non tu amas plus quam ego; sed tamen ille optimo animo utens et summa fide nocet interdum rei publicae; dicit enim tamquam in Platonis *πολιτεία*, non tamquam in Romuli faece sententiam. quid verius quam in iudicium venire, qui ob rem iudicandam pecuniam acceperit? censuit hoc Cato et adsensit senatus; equites curiae bellum, non mihi; nam ego dissensi. quid impudentius publicanis renuntiantibus? fuit tamen retinendi ordinis causa facienda iactura. restitit et pervicit Cato. itaque nunc consule in carcere incluso, saepe item seditione commota adspiravit nemo eorum, quorum ego concursu itemque consules, qui post me fuerunt, rem publicam defendere solebant. quid

währten Grundsätze aufgegeben, sondern er sich gebessert und seine demokratische Leichtfertigkeit ein wenig eingedämmt hat. Denk' Dir, von meinen Erfolgen, gegen die ihn manche einzunehmen verstanden haben, macht er jetzt schon viel mehr Rühmens als von seinen eigenen. Sich selbst gibt er das Zeugnis, den Staat gut geleitet, mir, ihn erhalten zu haben. Wie weit das mir persönlich von Nutzen ist, weiß ich nicht; für das Vaterland ist es auf jeden Fall sehr wertvoll. Was würdest Du sagen, wenn es mir nun auch noch glückte, Caesar zur Vernunft zu bringen, der augenblicklich sehr guten Wind in den Segeln hat? Arbeite ich dann wirklich so ganz gegen das Staatsinteresse? Ja, selbst wenn ich keine Neider hätte, wenn alle, wie es eigentlich sein müßte, mir gewogen wären, dürfte man trotzdem eine Arznei, die die kranken Teile des Staates zu heilen vermöchte, nicht zurückweisen zugunsten eines operativen Eingriffs. Und jetzt gar, wo sich die Ritterschaft, die ich damals unter Deinem Banner und Deiner Führung auf dem Clivus Capitolinus postiert hatte, mit dem Senat überworfen hat, unsere führenden Männer aber sich im siebenten Himmel wännen, wenn in ihren Teichen die Goldfische aus der Hand fressen, und sich um nichts anderes kümmern, ist es da nicht schon recht wertvoll, wenn ich es dahin bringe, daß diejenigen, die dem Staat schaden könnten, es jedenfalls nicht tun? Gewiß, unsern Cato schätze ich nicht weniger als Du; aber in seiner anständigen Gesinnung und unerschütterlichen Zuverlässigkeit richtet er doch bisweilen Unheil in der Politik an. Er stellt Anträge, als ob er sich in Platos Idealstaat und nicht in Romulus' Schweinestall befände. Durchaus berechtigt, daß die zur Verantwortung gezogen werden, die sich als Geschworene haben bestechen lassen, sicherlich. Dafür trat auch Cato ein, und der Senat folgte ihm. Aber der Erfolg? Kampf der Ritter gegen die Kurie; nicht gegen mich, denn ich war dagegen. Der Gipfel der Unverschämtheit, als die Ritter ihre bekannte Forderung vorbrachten, gewiß! Und doch hätte man ein Opfer bringen müssen, um ihren Stand bei der Stange zu halten. Aber Cato widersprach und drang damit durch. So hat denn auch jetzt, als der Consul im Karzer saß, und auch sonst bei den dauernden Unruhen keiner von denen einen Finger gerührt, mit deren Einsatz ich und meine Amtsnachfolger das Vaterland zu schützen pflegten. „Ja“,

ergo? „istos“ inquires „mercede conductos habebimus?“ quid faciemus, si aliter non possumus? an libertinis atque etiam servis serviamus? sed, ut tu ais, „*ἄλλως σπουδῆς*“.

Favonius meam tribum tulit honestius quam suam, 9
Lucei perdidit. accusavit Nasicam inhoneste ac modeste tamen; dixit ita, ut Rhodi videretur molis potius quam Moloni operam dedisse. mihi, quod defendissem, leviter susceperat. nunc tamen petit iterum rei publicae causa. Luceius quid agat, scribam ad te, cum Caesarem videro, qui aderit biduo.

Quod Sicyonii te laedunt, Catoni et eius aemulatori 10
attribues Servilio. quid? ea plaga nonne ad multos bonos viros pertinet? sed si ita placuit, laudemus, deinde in dissensionibus soli relinquamur.

Amalthea mea te exspectat et indiget tui. Tusculanum et Pompeianum valde me delectant, nisi quod me, illum ipsum vindicem aeris alieni, aere non Corinthio, sed hoc circumforaneo obruerunt. in Gallia speramus esse otium. Prognostica mea cum oratiunculis prope diem exspecta et tamen, quid cogites de adventu tuo, scribe ad nos. nam mihi Pomponia nuntiari iussit te mense Quintili Romae fore. id a tuis litteris, quas ad me de censu tuo miserat, discrepabat. 11

Paetus, ut antea ad te scripsi, omnes libros, quos 12
frater suus reliquisset, mihi donavit. hoc illius munus in tua diligentia positum est. si me amas, cura, ut conserventur et ad me perferantur; hoc mihi nihil potest esse gratius. et cum Graecos tum vero Latinos diligenter ut conserves velim. tuum esse hoc munusculum putabo.

Ad Octavium dedi litteras; cum ipso nihil eram locutus; neque enim ista tua negotia provincialia esse puta-

wirst Du sagen, „wollen wir denn diese Leute gleichsam gegen Bezahlung auf unserer Seite halten?“ Was sollen wir machen, wenn es nicht anders geht? Oder sollen wir etwa bei Freigelassenen oder gar Sklaven betteln gehen? Aber „genug des grausamen Spiels“, wie Du zu sagen pflegst.

Favonius hat in meiner Tribus besser abgeschnitten als in seiner eigenen; in der des Luceius ist er durchgefallen. Er hat dann, wenig anständig, aber immerhin doch zurückhaltend bei der Durchführung, eine Klage gegen Nasica angestrengt; gesprochen hat er, als wäre er in Rhodus nicht bei Molon, sondern bei einem Müller in die Lehre gegangen. Mir war er ein wenig böse, weil ich die Verteidigung übernommen hatte. Trotzdem bewirbt er sich jetzt schon wieder, um des Vaterlandes willen. Wie es mit Luceius steht, schreibe ich Dir, wenn ich Caesar gesprochen habe; er kommt übermorgen.

Wenn die Sicyonier dich ärgern, kannst Du Cato und seinen Nachtreter Servilius dafür verantwortlich machen. Und trifft dieser Schlag nicht ebenso viele andere ehrenwerte Männer? Aber wenn's den Herren so gefällt, wollen wir's gut sein lassen und hernach bei Mißhelligkeiten auf uns allein angewiesen sein.

Meine Amalthea wartet auf Dich und bedarf Deiner. An meinem Tusculanum und Pompeianum habe ich viel Freude, nur haben die beiden Landsitze mich, der ich einst selbst die Gläubiger schützte, zwar nicht in korinthischem Erz, aber in diesem bei den Wechslern geborgten Gelde erstickt. In Gallien bleibt es hoffentlich ruhig. Meine „Wetterzeichen“ darfst Du zusammen mit einigen kleinen Reden demnächst erwarten. Schreib mir trotzdem, wie Du über Dein Kommen denkst. Pomponia ließ mir nämlich sagen, Du wolest im Quintilis in Rom sein. Das stimmt nicht zu Deinem Schreiben, das Du mir bezüglich Deiner Schätzung geschickt hast.

Wie ich Dir schon schrieb, hat mir Paetus die gesamte hinterlassene Bibliothek seines Veters geschenkt. Dies sein Geschenk gebe ich ganz in Deine sorgende Hand; laß sie bitte instand halten und stelle sie mir zu; einen größeren Gefallen könntest Du mir nicht tun. Und nimm mir bitte die Griechen wie die Lateiner hübsch in acht! Das betrachte ich dann als Dein Angebinde.

An Octavius habe ich geschrieben; persönlich gesprochen habe ich ihn nicht. Ich wußte ja nicht, daß Deine Geschäfte, um die

bam neque te in tocullionibus habebam. sed scripsi, ut debui, diligenter.

CICERO ATTICO SAL.

2

Cura, amabo te, Ciceronem nostrum; *συννοσεῖν* 1
videmur.

Πελληγαίων in manibus tenebam et hercule ma- 2
gnum acervum Dicaearchi mihi ante pedes extruxe-
ram. o magnum hominem et unde multo plura didi-
ceris quam de Procilio! *Κορινθίων* et *Ἀθηναίων* puto
me Romae habere. mihi crede—sed ego te hoc doceo?—,
mirabilis vir est. *Ἡρώδης* si homo esset, eum potius
legeret quam unam litteram scriberet; qui me epistula
petivit, ad te, ut video, cominus accessit. coniurasse
mallet quam restitisse coniurationi, si illum mihi
audiendum putassem. de lolio: sanus non es; de vino: 3
laudo.

Sed heus tu, ecquid vides Kalendas venire, Anto-
nium non venire? iudices cogi? nam ita ad me mit-
tunt, Nigidium minari in contione se iudicem, qui non
adfuerit, compellaturum. velim tamen, si quid est de
Antoni adventu quod audieris, scribas ad me et, quon-
iam huc non venis, cenes apud nos utique pridie Ka-
lendas. cave aliter facias. cura, ut valeas.

CICERO ATTICO SAL.

3

Primum, ut opinor, *εὐαγγέλια*: Valerius absolutus 1
est Hortensio defendente. id iudicium A. filio con-
donatum putabatur, et Epicratem suspicor, ut scribis,
lascivum fuisse; etenim mihi caligae eius et fasciae
cretatae non placebant. quid sit, sciemus, cum veneris.

Fenestrarum angustias quod reprehendis, scito te 2
Κύρου παιδείαν reprehendere. nam cum ego idem

es sich hier handelt, mit seiner Provinz zu tun hätten, rechnete Dich auch nicht unter die Wucherer. So habe ich ihm nun also, wie es meine Pflicht ist, ausführlich geschrieben.

(Antium, um den 3. Juni 60)

2

Sieh doch bitte nach unserem Cicero; ich bin selbst ganz krank.

Ich halte die Verfassung von Pellene in der Hand und habe einen gewaltigen Haufen von Dicaearchs Büchern vor meinen Füßen aufgeschichtet. Welch ein bedeutender Mann! Was kann man alles von ihm lernen! Mehr als von Procilius! Die Verfassung von Korinth und Athen habe ich vermutlich in Rom. Wirklich, – aber muß ich Dir das erst sagen? – er ist ein wunderbarer Mann! Wäre Herodes ein Kerl, er würde lieber ihn lesen als auch nur eine Zeile schreiben. Mich hat er mit einem Brief bombardiert; Dir ist er, wie ich sehe, persönlich auf den Leib gerückt. Aber lieber wollte ich selbst die Verschwörung gemacht haben, als ihr entgegengetreten sein, wenn ich ihn hätte anhören wollen. Wein ist gut; aber Lolch? Du bist wohl nicht ganz bei Trost!

Aber sag' mal, merkst Du etwas? Neujahr steht vor der Tür, und wer nicht kommt, ist Antonius! Die Richter werden schon aufgebeten; jedenfalls schreibt man mir, Nigidius drohe in der Volksversammlung, er werde jeden Geschworenen, der fehle, vorladen. Schreib mir doch bitte, wenn Du etwas von Antonius' Ankunft hörst, und wo Du nun nicht hierher kommst, speise auf jeden Fall am 29. bei mir. Wehe Dir, wenn Du es nicht tust! Halt Dich munter!

(Antium, zweite Hälfte Dezember 60)

3

Zunächst eine, wie ich meine, frohe Botschaft! Valerius ist, von Hortensius verteidigt, freigesprochen worden! Man glaubt, dies Urteil sei dem Aulus-Sohn zu Gefallen gesprochen worden, und Epicrates hat wahrscheinlich über die Stränge geschlagen, wie Du es nennst – seine Stiefeletten und geweißten Gamaschen wollten mir gar nicht gefallen –; aber wenn Du kommst, werde ich ja erfahren, was das zu bedeuten hat.

Du tadelst die engen Fenster; damit tadelst Du aber gleichzeitig die Cyropädie, denn als ich mich genauso äußerte, erwiderte Cy-

istuc dicerem, Cyrus aiebat viridatiorum διαμάσεις
 latis luminibus non tam esse suaves. etenim ἔστω ὄψις
 μὲν ἡ *A*, τὸ δὲ ὀρώμενον *BΓ*, ἀκτῖνες δὲ αἱ *BA*, *ΓA* — vides
 enim cetera. nam si κατ' εἰδώλων ἐμπιώσεις videremus,
 valde laborarent εἴδωλα in angustiis; nunc fit lepide
 illa ἔκχουσις radiatorum. cetera si reprehenderis, non feres
 tacitum, nisi si quid erit eius modi, quod sine sumptu
 corrigi possit.

Venio nunc ad mensem Ianuarium et ad ὑπόστασιν³
 nostram ac πολιτείαν, in qua Σωκρατικῶς εἰς ἑκάτερον.
 sed tamen ad extremum, ut illi solebant, τὴν ἀρέσκουσαν.
 est res sane magni consilii; nam aut fortiter resiten-
 dum est legi agrariae, in quo est quaedam dimicatio
 sed plena laudis, aut quiescendum, quod est non
 dissimile atque ire in Solonium aut Antium, aut etiam
 adiuvandum, quod a me aiunt Caesarem sic exspec-
 tare, ut non dubitet. nam fuit apud me Cornelius, hunc
 dico Balbum, Caesaris familiarem. is adfirmabat illum
 omnibus in rebus meo et Pompei consilio usurum
 daturumque operam, ut cum Pompeio Crassum con-
 iungeret. hic sunt haec: coniunctio mihi summa cum⁴
 Pompeio, si placet, etiam cum Caesare, reditus in gra-
 tiam cum inimicis, pax cum multitudine, senectutis
 otium. sed me κατακλείς mea illa commovet, quae
 est in libro tertio:

„interea cursus, quos prima a parte iuventae
 quosque adeo consul virtute animoque petisti,
 hos retine atque auge famam laudesque bonorum.“

Haec mihi cum in eo libro, in quo multa sunt scripta
 ἀριστοκρατικῶς, Calliope ipsa praescripserit, non opi-
 nor esse dubitandum, quin semper nobis videatur
 „εἰς οἰωνὸς ἀριστος ἀμύνησθαι περὶ πάτρης“.

Sed haec ambulationibus Compitaliciis reservemus.
 tu pridie Compitalia memento. balineum calferi

rus, bei breiten Fenstern sei das Bild des Gartens nicht so lieblich: angenommen, der Blickpunkt sei A, das Wahrgenommene BC, die Strahlen BA, CA – Du verstehst schon, worauf das hinaus soll. Wenn das Sehen so vor sich ginge, daß von dem Gegenstande ausgestrahlte Bilder auf unsere Netzhaut fielen, dann hätten diese Bilder allerdings ihre liebe Not mit den engen Fensteröffnungen; aber so ist es nun ja nicht, vielmehr beruht das Sehen auf der bekannten Ausstrahlung der Augen; da geht es dann ja ganz vorzüglich. Wenn Du sonst noch etwas auszusetzen findest, werde ich nicht dazu schweigen, es sei denn, es ließe sich ohne große Kosten ändern.

Ich komme jetzt auf den Januar und damit auf mein politisches Programm zu sprechen, wobei ich wie die Sokratiker zunächst das Für und Wider erörtere, um mich am Ende doch zu entscheiden, wie jene zu tun pflegen. Es handelt sich um einen weittragenden Entschluß: ich könnte dem Ackergesetz entschlossen entgegen treten – das würde Kampf bedeuten, aber ruhmvollen –; oder ich müßte mich ruhig verhalten – das wäre fast dasselbe wie nach Solonium oder Antium zu gehen –; oder den Antrag unterstützen; das erwartet Caesar angeblich von mir und ist fest überzeugt, daß ich es tue, denn Cornelius ist bei mir gewesen – ich meine diesen Balbus, Caesars Vertrauten –, und der versicherte mir, dieser werde in jedem Falle meinen und Pompeius' Rat hören und sich außerdem bemühen, Crassus mit Pompeius zu versöhnen. So steht es also: ich bin eng liiert mit Pompeius, und wenn es mir paßt, auch mit Caesar; das würde Aussöhnung mit meinen Feinden, Frieden mit der Masse und ein ruhiges Alter bedeuten. Aber entscheidend für mich sind doch meine Schlußverse im dritten Buch:

„Halt inzwischen den Kurs, seit frühester Jugend gesteuert,
den als Konsul Du auch so entschlossen und mutig gefahren,
halt ihn und mehre dir so bei den Guten Ansehn und Geltung“

In diesem Buche, das so manch aristokratisches Wort enthält, hat Calliope persönlich mir den Griffel geführt, und so darf ich wohl nicht zweifeln, daß für mich immer der Satz zu gelten hat: „Nur ein einziges Zeichen gilt, das Vaterland schützen.“

Aber das wollen wir uns für unsere Spaziergänge an den Compitalien aufsparen. Vergiß nicht den vorhergehenden Tag – ich lasse

iubebo. et Pomponiam Terentia rogat; matrem adiungemus.

Θεοφράστου περι φιλοτιμίας adfer mihi de libris Quinti fratris.

CICERO ATTICO SAL

4

Fecisti mihi pergratum, quod Serapionis librum ad me misisti; ex quo quidem ego, quod inter nos liceat dicere, millesimam partem vix intellego. pro eo tibi praesentem pecuniam solvi imperavi, ne tu expensum muneribus ferres. sed quoniam nummorum mentio facta est, amabo te, cura, ut cum Titinio, quoquo modo poteris, transigas. si in eo, quod ostenderat, non stat, mihi maxime placet ea, quae male empta sunt, reddi, si voluntate Pomponiae fieri poterit; si ne id quidem, nummi potius reddantur, quam ullus sit scrupulus. valde hoc velim, antequam proficiscare, amanter, ut soles, diligenterque conficias.

Clodius ergo, ut ais, ad Tigranem! velim † sirpiae †² condicione; sed facile patior. accommodatius enim nobis est ad liberam legationem tempus illud, cum et Quintus noster iam, ut speramus, in otio considerit et iste sacerdos Bonae Deae cuius modi futurus sit scierimus. interea quidem cum Musis nos delectabimus animo aequo, immo vero etiam gaudenti ac libenti, neque mihi umquam veniet in mentem Crasso invidere neque paenitere, quod a me ipse non desciverim.

De geographia dabo operam, ut tibi satis faciam;³ sed nihil certi polliceor. magnum opus est, sed tamen, ut iubes, curabo, ut huius peregrinationis aliquod tibi opus exstet.

Tu quidquid indagaris de re publica et maxime,⁴ quos consules futuros putes, facito ut sciam. tametsi nimis sum curiosus; statui enim nihil iam de re publica cogitare.

das Bad wärmen –, und Terentia bittet Pomponia zu Gaste; Deine Mutter nehmen wir hinzu.

Bring mir Theophrasts „Über den Ehrgeiz“ aus der Bibliothek meines Bruders Quintus mit!

(Rom, Ende Dezember 60)

4

Mit der Übersendung von Serapios Buch hast Du mir einen großen Gefallen getan. Freilich – unter uns darf man es ja wohl sagen –, ich verstehe kaum den tausendsten Teil davon. Das Geld dafür habe ich Dir bar auszuzahlen befohlen, damit Du es nicht unter der Rubrik „Geschenke“ buchst. Und wo wir nun schon einmal vom Geld reden: sieh doch bitte zu, daß Du, einerlei wie, mit Titinius ins reine kommst. Steht er nicht zu seinen Versprechungen, so bin ich durchaus dafür, die zu teuer erstandenen Gegenstände zurückzugeben, wenn Pomponia damit einverstanden ist; wenn nicht, wollen wir ihm lieber seine Auslagen erstatten, als daß es erst Skrupel gibt. Es wäre mir sehr lieb, wenn Du das noch vor Deiner Abreise erledigtest, liebenswürdig und gewissenhaft, wie immer.

Clodius geht also wirklich zu Tigranes? Ich wollte, ich würde auf diese Weise seinem Zugriff entzogen (?). Aber mir soll es einerlei sein, paßt mir doch für meine freie Gesandtschaft der Zeitpunkt besser, wo mein Quintus, wie ich hoffe, schon ins Privatleben zurückgekehrt ist und ich andererseits weiß, wie es mit diesem Bona-Dea-Priester wird. Inzwischen will ich mich mit Gleichmut oder vielmehr mit Vergnügen und Behagen den Musen widmen, und niemals werde ich auf den Gedanken kommen, Crassus zu beneiden oder zu bereuen, mir selbst nicht untreu geworden zu sein.

Was das geographische Werk angeht, so will ich mich bemühen, Dich zufriedenzustellen; Sicheres kann ich Dir aber nicht versprechen. Es ist eine nicht ganz einfache Aufgabe; aber immerhin, Du wünschst es, und ich will sehen, daß Dir bei diesem meinem Aufenthalt in der Fremde irgendein Geistesprodukt herausspringt.

Laß mich alles wissen, was Du bezüglich der Politik herausbekommst, vor allem, wer nach Deiner Ansicht wohl Konsul wird. Jedoch – ich bin zu neugierig; eigentlich habe ich ja beschlossen, mich um die Politik überhaupt nicht mehr zu kümmern.

Terentiae saltum perspeximus. quid quaeris? prae- 5
ter quercum Dodonaeam nihil desideramus, quo
minus Epirum ipsam possidere videamur.

Nos circiter Kal. aut in Formiano erimus aut in 6
Pompeiano. tu, si in Formiano non erimus, si nos
amas, in Pompeianum venito. id et nobis erit periu-
cundum et tibi non sane devium.

De muro imperavi Philotimo, ne impediret, quo 7
minus id fieret, quod tibi videretur. tu censeo tamen
adhibeas Vettium. his temporibus, tam dubia vita
optimi cuiusque, magni aestimo unius aetatis fruc-
tum palaestrae Palatinae, sed ita tamen, ut nihil minus
velim quam Pomponiam et puerum versari in timore
ruinae.

CICERO ATTICO SAL.

5

Cupio equidem et iam pridem cupio Alexandriam 1
reliquamque Aegyptum visere et simul ab hac homi-
num satietate nostri discedere et cum aliquo desiderio
reverti; sed hoc tempore et his mittentibus „αἰδέομαι
Τρωῶας καὶ Τρωάδας ἐλκεσιπέλους“. quid enim nostri
optimates, si qui reliqui sunt, loquentur? an me aliquo
praemio de sententia esse deductum? „Πουλυδάμας μοι
πρῶτος ἐλεγχεῖν ἀναθήσει“, Cato ille noster, qui mihi
unus est pro centum milibus. quid vero historiae de
nobis ad annos DC praedicarint? quas quidem ego
multo magis vereor quam eorum hominum, qui hodie
vivunt, rumusculos. sed, opinor, excipiamus et exspec-
temus. si enim deferetur, erit quaedam nostra potestas,
et tum deliberabimus. etiam hercule est in non acci-
piendo non nulla gloria. qua re si quid *Θεοφάνης* tecum
forte contulerit, ne omnino repudiaris.

De istis rebus exspecto tuas litteras, quid Arrius 2
narret, quo animo se destitutum ferat, et qui consules

Terentias Landgut haben wir in Augenschein genommen; man vermißt wirklich nur die Eiche von Dodona, um sich im Besitz von Epirus zu fühlen.

Etwa am 1. bin ich entweder auf dem Formianum oder dem Pompeianum. Triffst Du mich nicht auf dem Formianum, so komm doch bitte auf das Pompeianum; das wäre mir sehr willkommen und für Dich kein großer Umweg.

Betreffs der Mauer habe ich Philotimus befohlen, der Ausführung Deiner Anordnungen nichts in den Weg zu legen; vielleicht ziehst Du aber doch Vettius hinzu. In diesen Zeitläuften, wo das Leben jedes Patrioten so bedroht ist, weiß ich schon die Ernte eines einzigen Sommers auf dem Turnplatz am Palatin wohl zu schätzen; aber selbstverständlich wünsche ich alles andere eher, als daß Ponia und der Junge dauernd in Angst sind vor einem Einsturz.

(Antium, Anfang April 59)

5

Ich hege den Wunsch, und zwar schon lange, Alexandria und das übrige Ägypten zu besuchen und mich gleichzeitig den Leuten hier zu entziehen, die meiner überdrüssig sind, um dann nachher, schmerzlich von ihnen vermißt, zurückzukehren. Aber in diesem Augenblick, wo diese Leute mich gehen heißen, „schäme ich mich vor den Troern und Troerinnen im Schleppgewand“. Was würden wohl unsere Optimaten, wenn es überhaupt noch welche gibt, dazu sagen? Etwa, daß ich mich durch Aussicht auf gewisse Vorteile von meiner Überzeugung hätte abbringen lassen? „Wird Polydamas gleich mit kränkendem Hohn mir begegnen“, unser guter Cato, der mir für viele tausend andere gilt. Was aber werden auf Jahrhunderte hinaus die Geschichtsbücher von mir berichten? Davor habe ich viel mehr Angst als vor dem Geschwätz unserer Zeitgenossen. Doch ich denke, man läßt die Sache an sich herankommen und wartet ab. Erhalte ich den Auftrag, dann steht es gewissermaßen in meiner Macht, und ich kann mich dann entscheiden; auch eine Ablehnung wäre nicht ganz ruhmlos. Falls also Theophanes Dir Andeutungen macht, weise es nicht gänzlich von der Hand!

Über folgende Punkte erwarte ich Nachricht von Dir: Was sagt Arrius? Wie trägt er es, daß man ihn hat fallen lassen? Wer ist als

parentur, utrum, ut populi sermo, Pompeius et Crassus an, ut mihi scribitur, cum Gabinio Servius Sulpicius, et num quae novae leges et num quid novi omnino, et, quoniam Nepos proficiscitur, cuinam auguratus deferatur, quo quidem uno ego ab istis capi possum. vide levitatem meam!

Sed quid ego haec, quae cupio deponere et toto animo atque omni cura *φιλοσοφείν*? sic, inquam, in animo est, vellem ab initio; nunc vero, quoniam, quae putavi esse praeclara, expertus sum quam essent inania, cum omnibus Musis rationem habere cogito. tu tamen de † Curtio † ad me rescribe certius, et nunc 3 quis in eius locum paretur, et quid de P. Clodio fiat, et omnia, quem ad modum polliceris, *ἐπὶ σχολῆς* scribe, et quo die Roma te exiturum putes, velim ad me scribas, ut certiozem te faciam, quibus in locis futurus sim, epistulamque statim des de iis rebus, de quibus ad te scripsi. valde enim exspecto tuas litteras.

CICERO ATTICO SAL.

6

Quod tibi superioribus litteris promiseram, fore ut 1 opus exstaret huius peregrinationis, nihil iam magno opere confirmo; sic enim sum complexus otium, ut ab eo divelli non queam. itaque aut libris me delecto, quorum habeo Anti festivam copiam, aut fluctus numero (nam ad lacertas captandas tempestates non sunt idoneae); a scribendo prorsus abhorret animus. etenim *γεωγραφικὰ* quae constitueram, magnum opus est. ita valde Eratosthenes, quem mihi proposueram, a Serapione et ab Hipparcho reprehenditur; quid censes, si Tyrannio accesserit? et hercule sunt res difficiles ad explicandum et *ὁμοειδεῖς* nec tam possunt *ἀνθηρογραφείσθαι*, quam videbantur, et, quod caput est, mihi quaevis satis iusta causa cessandi est, qui etiam dubitem, an hic Anti considam et hoc tempus

Konsul ausersehen? Pompeius und Crassus, wie das Volk redet, oder, wie man mir schreibt, Ser. Sulpicius zusammen mit Gabinus? Sind etwa neue Gesetze zu erwarten? Was gibt es überhaupt Neues? Wem wird, da Nepos ja in die Provinz geht, die Augurnstelle übertragen? Übrigens wäre das das einzige, womit sie mich ködern könnten. Sieh einmal an, wie charakterlos ich bin!

Aber was rede ich eigentlich von diesen Dingen, die ich beiseite legen will, um mit ganzem Herzen und ganzer Seele zu philosophieren! Ja, ich habe wirklich die Absicht und wünschte, sie von je gehabt zu haben. Nun, wo ich erfahren habe, wie eitel das alles ist, was mir so glänzend erschien, gedenke ich, mit allen Musen Umgang zu pflegen. Trotzdem schreib mir etwas Genaueres über ..., und wer denn jetzt an seiner Stelle in Aussicht genommen ist, und was mit P. Clodius wird, und überhaupt alles, wie versprochen, mit Muße. Schreib mir auch bitte, wann Du voraussichtlich von Rom weggehst, damit ich Dir Nachricht geben kann, wo ich dann bin. Und schreib mir sofort über all das, wonach ich Dich neulich gefragt habe, denn ich warte sehnsüchtig auf einen Brief von Dir.

(Antium, April 59)

6

In meinem letzten Briefe habe ich Dir versprochen, als Frucht dieses meines Aufenthaltes in der Fremde werde ein Werk entstehen. Allzu fest kann ich mich freilich dafür nicht mehr verbürgen: das Nichtstun hat mich so in seine Arme genommen, daß ich mich nicht von ihm losreißen kann. So ergötze ich mich denn an meinen Büchern – ich habe hier in Antium einen ganz netten Haufen – oder zähle die Wellen – zum Makrelenfang ist das Wetter zu schlecht –; vor dem Schreiben habe ich ein wahres Grauen. Denn die Geographie, zu der ich mich entschlossen hatte, ist eine schwierige Aufgabe, wo Eratosthenes, den ich mir als Vorbild genommen hatte, von Serapio und Hipparch so stark bekämpft wird; was meinst Du, wenn nun noch Tyrannio dazukommt? Außerdem sind die Dinge nicht leicht darzustellen, sind eintönig und eigentlich doch nicht recht für einen blumenreichen Stil, wie ich zunächst gedacht hatte, geeignet. Vor allem aber, jeder Grund ist mir gerade recht, um mich von der Arbeit zu drücken; bin ich mir doch nicht

omne consumam, ubi quidem ego mallet duumvirum quam Romae fuisse. tu vero sapientior Buthroti domum parasti. sed, mihi crede, proxima est illi municipio haec Antiatium civitas. esse locum tam prope Romam, ubi multi sint, qui Vatinium numquam viderint, ubi nemo sit praeter me, qui quemquam ex viginti viris vivum et salvum velit, ubi me interpellat nemo, diligant omnes! hic, hic nimirum *πολιτευτέον*; nam istic non solum non licet, sed etiam taedet. itaque *ἀνέκδοτα* a nobis, quae tibi uni legamus, Theopompio genere aut etiam asperiore multo pangentur. neque aliud iam quidquam *πολιτεύομαι* nisi odisse improbos, et id ipsum nullo cum stomacho, sed potius cum aliqua scribendi voluptate.

Sed ut ad rem, scripsi ad quaestores urbanos de Quinti fratris negotio. vide, quid narrent, ecquae spes sit denarii an cistophoro Pompeiano iaceamus. praeterea de muro statue quid faciendum sit.

Aliud quid? etiam: quando te proficisci istinc putes, fac ut sciam.

CICERO ATTICO SAL.

7

De geographia etiam atque etiam deliberabimus. ¹ orationes autem a me duas postulas; quarum alteram non libebat mihi scribere, † qui absciram †, alteram, ne laudarem eum, quem non amabam. sed id quoque videbimus. denique aliquid exstabit, ne tibi plane cessasse videamur.

De Publio quae ad me scribis, sane mihi iucunda ² sunt, eaque etiam velim omnibus vestigiis indagata ad me adferas, cum venies, et interea scribas, si quid intelleges aut suspicabere, et maxime de legatione quid sit acturus. equidem antequam tuas legi litteras,

einmal sicher, ob ich mich nicht hier in Antium niederlasse und mein ganzes Leben hier verbringe, wo ich lieber Bürgermeister gewesen sein möchte als in Rom. Du hast es freilich klüger angefangen und Dir in Buthrotum ein Heim geschaffen. Und doch, glaub' mir, mit diesem Antium ist es ähnlich wie mit Deinem Buthrotum: man sollte es nicht für möglich halten, daß es einen Ort so nahe bei Rom gibt, wo manch einer Vatinius noch nie gesehen hat, wo ich der einzige bin, der einem von den Zwanzigern Leben und Sicherheit gönnt, wo mich niemand stört und alle mich schätzen. Wahrlich, hier, und nur hier müßte man sich als Politiker betätigen; dort fehlt mir nicht nur die Möglichkeit dazu, es eckelt mich geradezu an. So werde ich also meine Memoiren schreiben, die ich nur Dir vorlesen könnte, in der Art Theopomps oder noch viel bissiger. Darin besteht ja jetzt meine ganze Tätigkeit, die Schurken zu hassen, und das, ohne mich zu ärgern; vielmehr macht es mir gewissermaßen Vergnügen, davon zu schreiben.

Aber zur Sache! In der Angelegenheit meines Bruders Quintus habe ich an die Stadtquästoren geschrieben; sieh einmal zu, was sie dazu sagen, ob wir auf Zahlung in Denaren hoffen dürfen oder ob wir mit der Pompeius-Cistophore hängenbleiben. Außerdem kannst Du entscheiden, was mit der Mauer geschehen soll.

Sonst noch etwas? Richtig! Laß mich wissen, wann Du wohl von dort abreist!

(Antium, April 59)

7

Die Abfassung der Geographie soll mich auch weiterhin beschäftigen. Was jedoch die beiden geforderten Reden angeht, so mag ich die eine nicht ausarbeiten, weil ich mir selbst untreu geworden bin, die andere nicht, um den nicht preisen zu müssen, den ich nicht schätze; aber auch das will ich mir noch einmal überlegen. Schließlich wird schon etwas herauskommen; es soll doch nicht so aussehen, als hätte ich gänzlich gestreikt.

Deine Nachrichten über Publius sind mir sehr angenehm. Geh doch bitte auch allen Spuren nach und berichte mir dann, wenn Du kommst, schreib aber inzwischen schon einmal, falls Du etwas entdeckst oder vermutest, vor allem, was er bezüglich der Gesandtschaft unternimmt. Ehe ich Deinen Brief gelesen hatte, wünschte

in Armeniam hominem ire cupiebam, non mehercule ut differem cum eo vadimonium (nam mira sum alacritate ad litigandum), sed videbatur mihi, si quid esset in eo populare, quod plebeius factus esset, id amissurus. „quid enim? ad plebem transisti, ut Tigranem ires salutatum? narra mihi, reges Armenii patricos resalutare non solent?“ quid quaeris? acueram me ad exagitantam hanc eius legationem. quam si ille contemnit et si, ut scribis, bilem id commovet et latoribus et auspiciibus legis curiatae, spectaculum egregium. hercule, verum ut loquamur, subcontumeliose tractatur noster Publius, primum qui, cum domi Caesaris quondam unus vir fuerit, nunc ne in viginti quidem esse potuerit; deinde alia legatio dicta erat, alia data est. illa opima ad exigendas pecunias Druso, ut opinor, Pisaurensi an epuloni Vatinius reservatur, haec ieiuna tabellarii legatio datur ei, cuius tribunatus ad istorum tempora reservatur. incende hominem, amabo te, quod potest. una spes est salutis istorum inter ipsos dissensio; cuius ego quaedam initia sensi ex Curione. iam vero Arrius consulatum sibi ereptum fremit; Megabocchus et haec sanguinaria iuventus inimicissima est. accedat vero, accedat etiam ista rixa auguratus. spero me praeclaras de istis rebus epistulas ad te saepe missurum.

Sed illud quid sit, scire cupio, quod iacis obscure, iam etiam ex ipsis quinque viris loqui quosdam. quidnam id est? si est enim aliquid, plus est boni, quam putaram. atque haec sic velim existimes, non me abs te *κατὰ τὸ πρακτικόν* quaerere, quod gestiat animus aliquid agere in re publica. iam pridem gubernare me taedebat, etiam cum licebat; nunc vero, cum cogar exire de navi non abiectis sed ereptis gubernaculis,

ich, der Kerl ginge nach Armenien; beileibe nicht, um mich seinem Zugriff zu entziehen – ich bin riesig streitlustig –, aber ich nahm an, er werde, was er sich durch seinen Übertritt zur Plebs an Volkstümlichkeit erworben hat, verscherzen: „Wie denn, bist Du eigentlich zur Plebs übergetreten, nur um Tigranes Deine Aufwartung zu machen? Sag', erwidern etwa die armenischen Könige den Gruß eines Patriziers nicht?“ Um es kurz zu sagen: ich hatte mich schon darauf gespitzt, ihm diese seine Gesandtschaft zu vergällen. Wenn er sie nun ablehnt und das, wie Du annimmst, dem Antragsteller der Lex curiata sowie denen, die die Auspizien dabei anstellten, die Galle ins Blut treibt, so wird das ja ein prächtiges Schauspiel. Offen gestanden, unserm Publius wird eigentlich recht schmäzlich mitgespielt: einst war er in Caesars Haus der einzige Mann, nun hat er nicht einmal unter den Zwanzigern einen Platz bekommen; erst bietet man ihm die eine Gesandtschaft an, und nun erhält er die andere. Die fette, wo es sich darum handelt, Geld einzutreiben, wird ja wohl für Drusus, den Pisaurer, oder Vatinius, diesen Freßsack, reserviert, während man ihn mit dem mageren Posten eines Briefträgers abspeist. Und dabei soll er doch einmal als Volkstribun eine Rolle spielen, sobald es ihnen an der Zeit zu sein scheint. Hetze den Kerl bitte auf, soviel es nur geht. Die einzige Hoffnung auf Rettung liegt in ihrer eigenen Uneinigkeit. Gewisse Anzeichen eines beginnenden Zerwürfnisses habe ich Curio angemerkt. Schon murrst Arrius, daß ihm das Konsulat aus der Nase gegangen ist; Megabocchus und diese blutrünstige Jugend ist aufs tiefste erbittert. Da braucht jetzt nur noch der Streit um das Augurat hinzuzukommen – täte er's doch! Hoffentlich kann ich Dir noch manch prächtigen Brief über dieses Thema schreiben!

Wissen möchte ich wohl, was Du mit Deiner dunklen Andeutung meinst, sogar unter den Fünfmännern machten schon welche boshafte Bemerkungen. Wie ist es denn damit? Wenn wirklich etwas daran ist, dann überträte das ja alle meine Erwartungen. Wohl gemerkt, dies frage ich Dich nicht aus praktischen Erwägungen, weil mir etwa der Sinn danach stände, mich politisch zu betätigen. Schon längst ekelte es mich an, das Steuer zu führen, auch als ich es noch durfte; jetzt aber, wo man es mir aus der Hand gerissen hat – freiwillig habe ich es nicht fahren lassen – und mich zwingt auszu-

cupio istorum naufragia ex terra intueri; cupio, ut ait tuus amicus Sophocles, *κἄν ὑπὸ στέγγι πυκνῆς ἀκούειν ψακάδος ἐβδόση φρενί.*

De muro quid opus sit, videbis. Castricianum mendum nos corrigemus, et tamen ad me Quintus HS CCIOO IOO scripserat, non ut ad sororem tuam HS XXXV.

Terentia tibi salutem dicit, Cicero tibi mandat, ut Aristodemo idem de se respondeas, quod de fratre suo, sororis tuae filio, respondisti. de *Ἀμαλθεία* quod me admones, non neglegemus. cura, ut valeas.

CICERO ATTICO SAL.

8

Epistulam cum a te avide expectarem ad vesperum, ut soleo, ecce tibi nuntius pueros venisse Roma! voco, quaero, ecquid litterarum. negant. „quid ais?“ inquam „nihilne a Pomponio?“ perterriti voce et vultu confessi sunt se accepisse, sed excidisse in via. quid quaeris? permoleste tui; nulla enim abs te per hos dies epistula inanis aliqua re utili et suavi venerat. nunc, si quid in ea epistula, quam ante diem XVI Kal. Maias dedisti, fuit historia dignum, scribe quam primum, ne ignoremus; sin nihil praeter iocationem, redde id ipsum.

Et scito Curionem adolescentem venisse ad me salutatum. valde eius sermo de Publio cum tuis litteris congruebat; ipse vero mirandum in modum „reges odisse superbos.“ peraeque narrabat incensam esse iuventutem neque ferre haec posse.

Bene habemus nos, si in his spes est. opinor, aliud agamus. ego me do historiae. quamquam licet me Saufeium putes esse, nihil me est inertius.

Sed cognosce itinera nostra, ut statuas, ubi nos visurus sis. in Formianum volumus venire Parilibus; inde, quoniam putas praetermittendum nobis esse hoc tempore Cratera illum delicatum, Kal. Maiis de Formiano proficiscemur, ut Anti simus a. d. V Non. Maias.

steigen, möchte ich ihrem Schiffbruch vom Lande aus zusehen, möchte ich, wie Dein Freund Sophocles sagt, „unterm Dach geruhsam horchen auf der Regentropfen Schwall“.

Was mit der Mauer geschehen muß, überlasse ich Dir. Castricius' Versehen bringe ich in Ordnung. Aber Quintus hatte mir doch von 15 000 Sestertien geschrieben, nicht, wie an Deine Schwester, von 35.

Terentia läßt Dich grüßen. Cicero bittet Dich, Aristodemus in seinem Namen die gleiche Antwort zu geben, die Du ihm betreffs seines Vettters, Deines Neffen, gegeben hast. Deinen Wunsch wegen der Amalthea will ich gern erfüllen. Halt Dich munter!

(Antium, April 59)

8

Gestern gegen Abend wartete ich, wie gewöhnlich, sehnsüchtig auf einen Brief von Dir; da kam auch schon die Meldung, die Boten aus Rom seien da. Ich rufe und frage, ob ein Brief da sei: „Nein!“ – „Was sagst Du, nichts von Pomponius?“ Erschreckt durch mein böses Gesicht und meine barschen Worte, gestanden sie, sie hätten einen bekommen, aber unterwegs verloren. Natürlich war ich sehr ärgerlich, denn alle Deine Briefe in den letzten Tagen enthielten etwas Angenehmes und Wissenswertes. Wenn somit in diesem Brief vom 15. April etwas Wichtiges gestanden hat, schreib es mir möglichst bald noch einmal, damit es mir nicht entgeht; falls er nur Scherze enthielt, wiederhole mir auch diese!

Denk' Dir, der junge Curio hat mir einen Besuch gemacht! Was er von Publius erzählt, stimmt ganz zu Deinen Mitteilungen. Er selbst „haßt die hochmütigen Könige“ ganz gewaltig. Genauso seien alle jungen Leute empört und ließen sich das nicht länger gefallen. Da kann uns ja nichts passieren, wenn wir unsre Hoffnungen auf diese Gesellschaft setzen. Ich denke, wir suchen uns eine andere Beschäftigung. Ich widme mich der Geschichtsforschung. Magst Du mich auch für einen Saufeius halten, ein größeres Faultier als mich gibt es überhaupt nicht.

Zum Schluß hör' meine Reisepläne und entscheide Dich, wo Du mich besuchen willst. An den Parilien gedenke ich auf mein Formianum zu gehen, und weil Du meinst, ich müsse zur Zeit den „Wonnekessel“ liegen lassen, so werde ich am 1. Mai vom Formianum abreisen, um am 3. in Antium zu sein, wo vom 4. bis zum

ludi enim Anti futuri sunt a IIII ad pr. Non. Maias; eos Tullia spectare vult. inde cogito in Tusculanum, deinde Arpinum, Romam ad Kal. Iunias. te aut in Formiano aut Anti aut in Tusculano cura ut videamus.

Epistulam superiorem restitue nobis et adpinge aliquid novi.

CICERO ATTICO SAL

9

Subito cum mihi dixisset Caecilius quaestor puerum 1
se Romam mittere, haec scripsi raptim.

O tuos mirificos cum Publio dialogos cum eos, de quibus scribis, tum illum, quem abdis et ais longum esse, quae ad ea responderis, perscribere! illum vero, qui nondum habitus est, quem illa *βοῶπις*, cum e Solonio redierit, ad te est relatúra, sic velim putes, nihil hoc posse mihi esse iucundius. si vero, quae de me pacta sunt, ea non servantur, in caelo sum, ut sciat hic noster Hierosolymarius traductor ad plebem, quam bonam meis putissimis orationibus gratiam retulerit. quarum exspecta divinam *παλινοφθίαν*. etenim quantum coniectura auguramur, si erit nebulo iste cum his dynastis in gratia, non modo de „cynico consulari“ sed ne de istis quidem piscinarum Tritonibus poterit se iactare. non enim poterimus ulla esse invidia spoliati opibus et illa senatoria potentia. sin autem ab iis dissentiet, erit absurdum in nos invehi. verum tamen invehatur. festive, mihi crede, et minore sonitu, quam putaram, orbis hic in re publica est conversus, citius omnino, quam oportuit, culpa Catonis, sed rursus improbitate istorum, qui auspicia, qui Aeliam legem, qui Iuniam et Liciniam, qui Caeciliam et Didiam neglexerunt, qui omnia remedia rei publicae effuderunt, qui regna quasi praedia tetrarchis, qui immanes pecunias paucis dederunt. video iam, 2
quo invidia transeat et ubi sit habitatura. nihil me exis-

6. die Spiele sind, die Tullia gern sehen möchte. Von da wahrscheinlich auf das Tusculanum, dann nach Arpinum und etwa am 1. Juni nach Rom. Sieh zu, daß ich Dich auf dem Formianum, in Antium oder auf dem Tusculanum sehe!

Den letzten Brief schreib mir noch einmal und gib eine hübsche Neuigkeit dazu!

(Antium, Mitte April 59)

9

Ganz unverhofft sagte mir der Quästor Caecilius, er schicke einen Boten nach Rom, und so schreibe ich dies in aller Eile.

Wunderbar, diese Deine Dialoge mit Publius; sowohl die, die Du in Deinem Briefe erwähnst, vor allem aber der eine, mit dem Du hinter dem Berge hältst, weil es angeblich zu umständlich sei, Deine Repliken Wort für Wort wiederzugeben; und nun gar der bevorstehende, über den die Kuhägige Dir nach ihrer Rückkehr aus Solonium berichten wird – Du kannst Dir wohl denken, daß mir das ganz besonders Spaß machen wird. Hält man sich nicht an die Vereinbarung über meine Person, dann bin ich restlos glücklich, und unser Jerusalemer, dieser Plebejermacher, wird merken, wie prächtig er mir für meine glänzenden Lobreden gedankt hat! Mach' Dich auf einen begeisterten Widerruf gefaßt! Ist dieser Windbeutel mit unsern Machthabern einig, dann wird er aller Voraussicht nach weder mit dem „brummigen Exkonsul“ noch mit seinen „Fischteichtritonem“ Eindruck machen; denn allen Rückhalts und der Machtstellung des Senats beraubt, können wir nicht unpopulär sein. Ist er aber mit ihnen uneins, dann wäre es widersinnig, über mich herzufallen. Aber nur zu! Glaub' mir, ganz sachte und mit weniger Geräusch, als ich dachte, ist der Kreislauf der Politik zu seinem Ausgangspunkt zurückgekehrt, aber jedenfalls schneller, als es sonst der Fall ist. Und daran ist Cato schuld, und auf der andern Seite die Ruchlosigkeit dieser Bande, die sich über die Auspizien, über das älische, das junisch-licinische, das caecilisch-didische Gesetz hinweggesetzt, alle Rettungsmittel für den Staat verschleudert, Königreiche wie Landgüter an die Vierfürsten, ungeheure Geldsummen an wenige verschenkt hat. Wohin der Haß sich wenden, wo er sich einnisten wird, sehe ich

timaris neque usu neque a Theophrasto didicisse, nisi brevi tempore desiderari nostra illa tempora videris. etenim si fuit invidiosa senatus potentia, cum ea non ad populum sed ad tres homines immoderatos redacta sit, quid iam censes fore? proinde isti licet faciant, quos volent, consules, tribunos pl., denique etiam Vatini strumam sacerdotii *διβάφω* vestiant, videbis brevi tempore magnos non modo eos, qui nihil titubarunt, sed etiam illum ipsum, qui peccavit, Catonem. nam nos quidem, si per istum tuum sodalem Publium ³ licebit, *σοφιστεύειν* cogitamus, si ille cogat, [tantum] dumtaxat nos defendere, et, quod est proprium artis huius, *ἐπαγγέλλομαι „ἄνδρ' ἀπαμύνεσθαι, διε τις πρότερο: χαλεπήνη“*. patria propitia est. habet a nobis etiamsi non plus, quam debitum est, plus certe, quam postulatum est. male vehi malo alio gubernante quam tam ingratis vectoribus bene gubernare. sed haec coram com-
modius.

Nunc audi, quod quaeris. Antium me ex Formiano ⁴ recipere cogito a. d. V Non. Maias; Antio volo Non. Maii proficisci in Tusculanum. sed cum e Formiano rediero (ibi esse usque ad pr. Kal. Maias volo), faciam statim te certiolem.

Terentia tibi salutem. *καὶ Κικέρων ὁ μικρὸς ἀσπάζεταιται Τίτον τὸν Ἀθηναῖον.*

CICERO ATTICŌ SAL.

10 (12)

Negent illi Publium plebeium factum esse? hoc ¹ vero regnum est et ferri nullo pacto potest. emittat ad me Publius, qui obsignent; iurabo Gnaeum nostrum, collegam Balbi Ati, mihi narasse se in auspicio fuisse.

O suaves epistulas tuas uno tempore mihi datas duas! quibus *εὐαγγέλια* quae reddam, nescio; de-

schon ganz deutlich. Ich will aus Theophrast und meiner eigenen Erfahrung nichts gelernt haben, wenn Du nicht in allernächster Zeit erlebst, wie man jene Zeiten zurücksehnt, wo ich die Führung hatte. Mag das Senatsregiment unbeliebt gewesen sein: jetzt ist die Macht nicht auf das Volk, sondern auf drei Männer übergegangen, die kein Maß kennen. Wohin das führt, magst Du Dir selbst sagen. Somit können sie zu Konsuln oder Volkstribunen machen, wen sie wollen, können meinetwegen gar den Kropf des Vatinius in das doppeltgefärbte Gewand des Augur stecken: verlaß Dich drauf, bald stehen nicht nur die, die nie gewankt haben, sondern gerade auch Cato, der die Eintracht gestört hat, groß da. Ich für meine Person denke den Sophisten zu spielen, falls Dein Freund Publius mir das gestattet, wenn er mich zwingt, mich lediglich zu verteidigen, und bin, wie üblich in dieser Branche, bereit, „abzuwehren den Feind, wenn einer zuerst euch belästigt“. Das Vaterland möge mir verzeihen: ich habe ihm, wenn auch nicht mehr, als ich ihm schuldig war, so doch mehr, als es forderte, gegeben. Lieber will ich mit einem anderen Steuermann schlecht fahren, als bei so undankbaren Passagieren gut steuern. Aber darüber besser persönlich.

Nun noch die Antwort auf Deine Frage: ich beabsichtige, am 3. Mai vom Formianum nach Antium zurückzukehren, von da am 7. Mai nach dem Tusculanum zu reisen. Sobald ich vom Formianum zurück bin – ich bleibe dort wohl bis zum 29. April –, gebe ich Dir sofort Nachricht.

Terentia läßt Dich grüßen, und der kleine Cicero grüßt den Athener Titus.

(Antium, den 16. oder 17. April 59)

10 (12)

Also die Kerle behaupten jetzt, Publius sei nicht Plebejer geworden? Das ist doch wirklich schon Tyrannei und nicht mehr zu ertragen! Soll mir der Publius doch Leute zum Protokollieren herauschicken, und ich schwöre, daß unser Gnaeus, Balbus Atius' Kollege, mir erzählt hat, er sei als Augur dabei gewesen!

Wie reizend Deine beiden Briefe, die ich gleichzeitig erhielt! Ich weiß nicht, mit welcher Freudenbotschaft ich sie Dir lohnen

beri quidem plane fateor. sed vide *συγκύρημα*: emer- 2
 seram commodum ex Antiati in Appiam ad Tres Taber-
 nas ipsis Cerialibus, cum in me incurrit Roma veniens
 Curio meus. ibidem ilico puer abs te cum epistulis.
 ille ex me, nihilne audissem novi. ego negare. „Pu-
 blius“ inquit „tribunatum pl. petit.“ „quid ais?“ „et
 inimicissimus quidem Caesaris, et ut omnia“ inquit
 „ista rescindat.“ „quid Caesar?“ inquam. „negat se
 quidquam de illius adoptione tulisse.“ deinde suum,
 Memmi, Metelli Nepotis exprompsit odium. comple-
 xus iuvenem dimisi properans ad epistulas. ubi sunt,
 qui aiunt „ζώσης φωνής“? quanto magis vidi ex tuis
 litteris quam ex illius sermone, quid ageretur, de rumi-
 natione cotidiana, de cogitatione Publi, de lituis *βοώ-
 πιδος*, de signifero Athenione, de litteris missis ad
 Gnaeum, de Theophanis Memmique sermone; quan-
 tam porro mihi exspectationem dedisti convivii istius
ἀσελγοῦς! sum in curiositate *δξύπεινος*, sed tamen
 facile patior te id ad me *συμπόσιον* non scribere; prae-
 sentem audire malo.

Quod me, ut scribam aliquid, hortaris, crescit mihi 3
 quidem materies, ut dicis, sed tota res etiam nunc
 fluctuat, *κατ' ὀπώρηγν τρύξ*. quae si decesserit, magis
 erunt mi liquata quae scribam. quae si statim a me
 ferre non potueris, primus habebis tamen et aliquam-
 diu solus.

Dicaearchum recte amas; luculentus homo est et 4
 civis haud paulo melior quam isti nostri *ἀδικαίαρχοι*.

Litteras scripsi hora decima Cerialibus, statim ut
 tuas legeram, sed eas eram daturus, ut putaram, postri-
 die ei, qui mihi primus obviam venisset.

Terentia delectata est tuis litteris; impertit tibi mul-
 tam salutem, *καὶ Κικέρων ὁ φιλόσοφος τὸν πολιτικὸν Τίτον
 ἀσπάζεται*.

sollte, und müßte es doch eigentlich. Aber denk' Dir, welch ein Zufall: an den Cerealien war ich eben von Antium zur Via Appia in Richtung Tretavern aufgebrochen, da lief mir, von Rom kommend, mein Curio in die Arme, und alsbald traf dort auch Dein Kurier mit den Briefen ein. Curio fragte mich, ob ich nichts Neues wisse; ich verneinte es. „Publius bewirbt sich um das Tribunat“, sagte er dann. – „Was Du nicht sagst!“ – „Und zwar als Todfeind Caesars, mit der Absicht, alle seine Maßnahmen umzustößen.“ – „Und Caesar?“ – „Behauptet, nichts mit seiner Adoption zu tun zu haben.“ Dann ließ er sich über seinen, des Memmius, des Q. Metellus Nepos Haß aus. Unter Umarmungen ließ ich den jungen Mann gehen und eilte zur Lektüre Deines Briefes. Da soll mir noch einer von „lebender Stimme“ reden! Wie viel besser als aus seinen Erzählungen habe ich doch aus Deinen Briefen erfahren, was los ist! Wie man täglich das Alte wiederkaut, was Publius im Schilde führt, wie die Kuhhäufige ins Horn stößt, Athenio den Bannerträger macht und Gnaeus mit Briefen bombardiert, was Theophanes und Memmius dazu sagen. Und wie gespannt machst Du mich dann weiterhin auf das bewußte üppige Gelage! Ich bin in meiner Neugierde richtig heißhungrig, lasse es mir aber gern gefallen, wenn Du mir diesen Schmaus nicht brieflich schilderst: lieber höre ich es aus Deinem eigenen Munde.

Du mahnst mich, etwas zu produzieren. Gewiß, Stoff bekomme ich genug, aber vorläufig ist alles noch in Gärung wie der Most im Herbst; wenn das vorbei ist, dann werde ich mir auch schon klarer sein über mein Thema. Und wenn Du das Produkt nicht gleich mitnehmen kannst, als erster sollst Du es doch haben und eine Zeitlang ganz allein.

Dicaearch schätzt Du mit Recht; ein famoser Mann und wesentlich besserer Staatsbürger als unsere Nicht-Dicaearche hier.

Diesen Brief schreibe ich um 4 Uhr an den Cerealien, gleich nach der Lektüre der Deinigen, und gedenke, ihn morgen dem ersten Besten, der mir in den Weg kommt, mitzugeben.

Terentia hat sich sehr über Deinen Brief gefreut und läßt Dich herzlich grüßen, und Cicero der Philosoph grüßt Titus den Staatsmann.

(Tretavern, den 19. April 59)

CICERO ATTICO SAL. 11 (10)

Volo ames meam constantiam: ludos Anti spectare non placet; est enim *ὑποσβολικον*, cum velim vitare omnium deliciarum suspicionem, repente *ἀναφαίνεσθαι* non solum delicate sed etiam inepte peregrinatem. qua re usque ad Non. Maias te in Formiano exspectabo. nunc fac, ut sciam, quo die te visuri simus.

Ab Appi Foro hora quarta. dederam aliam paulo ante a Tribus Tabernis.

CICERO ATTICO SAL. 12 (11)

Narro tibi, plane relegatus mihi videor, postea ¹ quam in Formiano sum. dies enim nullus erat, Anti cum essem, quo die non melius scirem, Romae quid ageretur, quam ii, qui erant Romae. etenim litterae tuae non solum quid Romae, sed etiam quid in re publica, neque solum quid fieret verum etiam quid futurum esset, indicabant. nunc, nisi si quid ex praetereunte viatore exceptum est, scire nihil possumus. qua re quamquam iam te ipsum exspecto, tamen isti puero, quem ad me statim iussi recurrere, da ponderosam aliquam epistulam plenam omnium non modo actorum sed etiam opinionum tuarum, ac diem, quo Roma sis exiturus, cura ut sciam.

Nos in Formiano esse volumus usque ad prid. Non. ² Maias. eo si ante eam diem non veneris, Romae te fortasse videbo; nam Arpinum quid ego te invitem? *ἰσηχεῖν, ἀλλ' ἀγαθῆ κουροτρόφος, οὐτ' ἄρ' ἔγωγε ἤς γαίης δύναμαι γλυκερώτερον ἄλλο ιδέσθαι.*
Haec igitur; et cura, ut valeas.

CICERO ATTICO SAL. 13

Facinus indignum! epistulam *ἀδθωρεῖ* tibi a Tribus ¹ Tabernis rescriptam ad tuas suavissimas epistulas neminem reddidisse! at scito eum fasciculum, quo illam conieceram, domum eo ipso die latum esse, quo ego

11 (10)

Nun lobe einmal meine Charakterfestigkeit: ich bin entschlossen, mir die Spiele in Antium nicht anzusehen! Ich will doch den Verdacht alles äußerlichen Amüsemments vermeiden, und da wäre es doch recht unpassend, wenn ich plötzlich als Vergnügungsreisender auftauchte, noch dazu bei einer so läppischen Sache. Somit erwarte ich Dich bis zum 7. Mai auf dem Formianum. Nun laß mich wissen, wann ich Dich sehe.

Forum Appii (den 20. April), 10 Uhr; einen zweiten Brief habe ich vorhin in Tretavern aufgegeben.

12 (11)

Ich kann Dir sagen, ich komme mir geradezu wie ein Verbannter vor, seit ich auf dem Formianum bin. In Antium verging kein Tag, wo ich nicht besser als die Leute in Rom wußte, was dort vorging. Deine Briefe meldeten mir ja nicht nur, was in Rom, sondern auch, was in der Politik vorging, und nicht nur, was vorging, sondern auch, was zu erwarten stand. Jetzt erfahre ich höchstens einmal etwas von einem Reisenden, der vorbeikommt, sonst nichts. Darum gib doch, obwohl ich Dich persönlich erwarte, dem Sklaven – er hat den Auftrag, sofort hierher zurückzukehren – einen recht inhaltsschweren Brief mit, schreib alles hinein, was passiert ist, und wie Du Dich dazu stellst, und laß mich wissen, wann Du von Rom abreist.

Ich beabsichtige, bis zum 6. Mai auf dem Formianum zu bleiben. Kommst Du vorher nicht mehr hierher, so sehe ich Dich vielleicht in Rom; denn nach Arpinum darf ich Dich wohl nicht einladen? „Rauh zwar, nähret es doch frischblühende Männer“, und „nichts ja weiß ich Süßeres wo, als eigenes Land zu erkennen“.

Soviel für heute. Halt Dich munter!

(Formiae, etwa den 23. April 59)

13

Unglaublich, daß Du meinen Brief aus Tretavern, die sofortige Antwort auf Deine liebevollen Briefe, nicht erhalten hast! Aber denk' Dir, das Paket, in das ich ihn getan hatte, ist Dir noch am gleichen Tage ins Haus gebracht und mir dann auf dem Formianum

dederam, et ad me in Formianum relatum esse. itaque tibi tuam epistolam iussi referri, ex qua intellegeres, quam mihi tum illae gratae fuissent.

Romae quod scribis sileri, ita putabam; at hercule 2 in agris non siletur, nec iam ipsi agri regnum vestrum ferre possunt. si vero in hanc *Τηλέπυλον* veneris *Λαιστρογονίην*, Formias dico, qui fremitus hominum! quam irati animi! quanto in odio noster amicus Magnus! cuius cognomen una cum Crassi Divitis cognomine consenescit. credas mihi velim, neminem adhuc offendi, qui haec tam lente, quam ego fero, ferret. quare, mihi crede, *φιλοσοφῶμεν*. iuratus tibi possum dicere nihil esse tanti.

Tu si litteras ad Sicyonios habes, advola in Formianum, unde nos pr. Non. Maias cogitamus.

CICERO ATTICO SAL.

14

Quantam tu mihi moves expectationem de sermone 1 Bibuli, quantam de colloquio *βοώπιδος*, quantam etiam de illo delicato convivio! proinde ita fac venias ut ad sitientes aures. quamquam nihil est iam, quod magis timendum nobis putem, quam ne ille noster Sampsiceramus, cum se omnium sermonibus sentiet vapulare et cum has actiones *εδανατρέπτους* videbit, ruere incipiat. ego autem usque eo sum enervatus, ut hoc otio, quo nunc tabescimus, malim *έντιραννεῖσθαι* quam cum optima spe dimicare.

De pangendo quod me crebro adhortaris, fieri nihil 2 potest. basilicam habeo, non villam, frequentia Formianorum, atque quam parem basilicae tribum Aemilianam! sed omitto vulgus; post horam quartam molesti ceteri non sunt. C. Arrius proximus est vicinus, immo ille quidem iam contubernalis, qui etiam se idcirco Romam ire negat, ut hic mecum totos dies philosophetur. ecce ex altera parte Sebosus, ille Catuli fami-

wieder zugestellt worden. So habe ich Dir denn den betreffenden Brief wieder zustellen lassen, damit Du aus ihm ersiehst, wie willkommen mir Deine Briefe damals gewesen sind.

Du schreibst, in Rom hülle sich alles in Schweigen. Das kann ich mir wohl vorstellen. Hier auf dem Lande hält man aber wahrhaftig nicht den Mund, und selbst die Äcker wollen sich Eure Zwingherrschaft nicht mehr gefallen lassen. Komm einmal in diese Lästrygonenhauptstadt – Formiae meine ich: wie murren die Leute hier! Wie erbittert sind sie! Wie hassen sie unsern Freund Magnus! Sein Beiname verblaßt wie der des Crassus Dives. Glaub' mir, bisher habe ich noch niemanden getroffen, der all dies so gelassen trüge wie ich! Darum treibe ich wirklich Philosophie; ich kann Dir unter Eid versichern, es gibt nichts Gleichwertiges!

Wenn Du Deinen Brief für die Sicyonier hast, komm schnell auf mein Formianum; am 6. Mai gedenke ich abzureisen.

(Formiae, den 24. April 59)

14

Wie gespannt machst Du mich auf Bibulus' Äußerungen, auf die Unterhaltung mit der Kuhäugigen, wie gespannt auch auf jenes hübsche Gelage! Darum mach', daß Du kommst, meine Ohren sind so durstig! Das Schlimmste allerdings, was mir jetzt passieren könnte, wäre, daß unser Sampsiceramus aufbegehrt, wenn er merkt, wie er überall durchgehechelt wird, und sieht, wie leicht all diese Maßnahmen umzustoßen sind. Ich für meine Person bin so weit herunter, daß ich mir in diesem Müßiggang, in dem ich zur Zeit dahinwelke, lieber einen Tyrannen gefallen lasse, als hochgemut in den Kampf zu gehen.

Mit dem Werk, zu dessen Abfassung Du mich immer wieder drängst, kann es nichts werden. Der Andrang der Formianer macht es, daß ich hier nicht in einem Landhause, sondern wie in einer Markthalle sitze; und wie paßt die Tribus Aemilia zu der Markthalle! Doch das Volk ist noch nicht das Schlimmste; nach 10 Uhr belästigt mich niemand mehr. Aber mein nächster Nachbar ist Arrius, ja eigentlich schon mein Hausgenosse; wie er selbst sagt, geht er schon gar nicht nach Rom, um hier den ganzen Tag mit mir philosophieren zu können. Und dann auf der anderen Seite Sebo-

liaris. quo me vertam? statim mehercule Arpinum irem, ni te in Formiano commodissime exspectari viderem dumtaxat ad pr. Non. Maias; vides enim, quibus hominibus aures sint deditae meae. occasionem mirificam, si qui nunc, dum hi apud me sunt, emere de me fundum Formianum velit! et tamen illud probe: „magnum quid aggrediamur et multae cogitationis atque otii“? sed tamen satis fiet a nobis neque parcetur labori.

CICERO ATTICO SAL.

15

Ut scribis, ita video non minus incerta in re pu- 1
blica quam in epistula tua, sed tamen ista ipsa me varietas sermonum opinionumque delectat. Romae enim videor esse, cum tuas litteras lego, et, ut fit in tantis rebus, modo hoc modo illud audire. illud tamen explicare non possum, quidnam inveniri possit nullo recusante ad facultatem agrariam. Bibuli autem ista 2
magnitudo animi in comitiorum dilatione quid habet nisi ipsius iudicium sine ulla correctione rei publicae? nimirum in Publio spes est. fiat, fiat tribunus pl., si nihil aliud, ut eo citius tu ex Epiro revertare; nam ut illo tu careas, non video posse fieri, praesertim si mecum aliquid volet disputare. sed id quidem non dubium est, quin, si quid erit eius modi, sis advolaturus. verum ut hoc non sit, tamen, sive ruet sive eriget rem publicam, praeclarum spectaculum mihi propono, modo te consessore spectare liceat.

Cum haec maxime scriberem, ecce tibi Sebosus! 3
nondum plane ingemueram, „salve“ inquit Arrius. hoc est Roma decedere! quos ego homines effugi, cum in hos incidi! ego vero „in montes patrios et ad incunabula nostra“ pergam. denique, si solus non potuero, cum rusticis potius quam cum his perurbanis, ita tamen, ut, quoniam tu certi nihil scribis, in Formiano tibi praestoler usque ad III Non. Maias.

sus, Catulus' Freund. Wo soll ich hin? Bei Gott, ich ginge sofort nach Arpinum, wenn ich es nicht für das Bequemste hielte, Dich hier zu erwarten, jedenfalls bis zum 6. Mai; Du siehst ja, was für Leute mir in den Ohren liegen. Eine glänzende Gelegenheit für einen, der mir jetzt, solange die beiden hier sind, das Formianum abkaufen wollte! Und doch will ich Deine Worte beherzigen: „Wir wollen etwas Großes anpacken, was langer, ungestörter Überlegung bedarf.“ Doch ich werde meinen Mann stehen und die Mühe nicht scheuen.

(Formiae, den 25. April 59)

15

Offenbar ist es, wie Du sagst: Deine Briefe spiegeln die ganze Unsicherheit der politischen Lage wider, doch ist es gerade dieser bunte Wechsel von Äußerungen und Meinungen, der mir Spaß macht. Wenn ich Deine Briefe lese, meine ich in Rom zu sein und bald dies, bald das zu hören, wie es bei wichtigen Ereignissen so zu gehen pflegt. Eins ist mir freilich schleierhaft: wie man es anstellen will, genügend Ackerland zu finden, ohne auf Widerspruch zu stoßen. Bibulus' gerader Sinn spricht mit der Verschiebung der Wahlen ja doch nur sich selbst das Urteil, ohne die Lage des Staates zum Bessern zu wenden. Allerdings darf man wohl auf Publius hoffen. Laß ihn nur Volkstribun werden, laß ihn! Dann kehrt Du jedenfalls um so schneller aus Epirus heim, denn ich sehe nicht, wie Du ohne ihn solltest leben können, zumal wenn er dann mit mir anbinden sollte. Zweifellos, wenn so etwas passiert, fliegst Du doch herbei. Mag er es aber auch nicht tun, jedenfalls mache ich mich auf ein prächtiges Schauspiel gefaßt, einerlei ob er den Staat niederreißt oder aufbaut. Dürfte ich es nur in Deiner Gesellschaft genießen!

Gerade schreibe ich dies, da kommt Dir doch dieser Sebosus! Und der Seufzer ist noch nicht ganz heraus, da sagt Arrius „Guten Tag“! Das nennt man dann: sich aus Rom zurückziehen. Was für Leuten bin ich entwischt, daß ich nun diesen in die Hände falle! Nun, ich mache mich auf, „in die Berge der Heimat, wo meine Wiege stand“. Schließlich bin ich, wenn's nicht alleine geht, lieber noch mit ein paar Bauern zusammen als mit diesen Gecken. Immerhin, da Du noch nichts Bestimmtes schreibst, warte ich hier bis zum 5. Mai.

Terentiae pergrata est assiduitas tua et diligentia 4
in controversia Mulviana. nescit omnino te commu-
nem causam defendere eorum, qui agros publicos
possideant; sed tamen tu aliquid publicanis pendis,
haec etiam id recusat. ea tibi igitur et *Κικέρων ἀριστο-
χρηαικώτατος παῖς* salutem dicunt.

CICERO ATTICO SAL.

16

Cenato mihi et iam dormitanti pridie Kal. Maias 1
epistula est illa reddita, in qua de agro Campano
scribis. quid quaeris? primo ita me pupugit, ut som-
num mihi ademerit, sed id cogitatione magis quam
molestia; cogitanti autem haec fere succurrebant:
primum ex eo, quod superioribus litteris scripseras,
ex familiari te illius audisse prolatum iri aliquid, quod
nemo improbaret, maius aliquid timueram; hoc mihi
eius modi non videbatur. deinde, ut me egomet con-
soler, omnis exspectatio largitionis agrariae in agrum
Campanum videtur esse derivata, qui ager, ut dena
iugera sint, non amplius hominum quinque milia
potest sustinere; reliqua omnis multitudo ab illis
abalienetur necesse est. praeterea si ulla res est, quae
bonorum animos, quos iam video esse commotos,
vehementius possit incendere, haec certe est et eo
magis quod portoriis Italiae sublatis, agro Campano
diviso quod vectigal superest domesticum praeter vi-
cesimam? quae mihi videtur una contiuncula clamore
pedisequorum nostrorum esse peritura.

Gnaeus quidem noster iam plane quid cogitet nescio: 2

*ἄνθρωπος γὰρ οὐ μικροῖσιν ἀλλίσκοις ἔτι,
ἀλλ' ἀγρίαις φύσαισι φορβειᾶς ἄτερ,*

qui quidem etiam istuc adduci potuerit. nam adhuc
haec *ἔσομίζετο*, se leges Caesaris probare, actiones
ipsum praestare debere; agrariam legem sibi placu-
isse, potuerit intercedi necne, nihil ad se pertinere;

Terentia ist begeistert von Deiner Ausdauer und Umsicht in dem mulvischen Prozeß. Sie ahnt ja überhaupt nicht, daß Du die gemeinsame Sache aller Besitzer von Staatsland vertrittst. Aber immerhin zahlst Du den Steuerpächtern etwas; sie verweigert auch das. Sie läßt Dich also grüßen; ebenso Cicero, der Erzaristokrat.

(Formiae, zwischen dem 25. und 28. April 59)

16

Am 29. April – ich hatte gespeist und war schon schlafengegangen – wurde mir Dein Brief mit der Nachricht von den campanischen Ländereien gebracht. Wie Du Dir denken kannst, hat er mich zunächst so beunruhigt, daß ich nicht schlafen konnte, weniger aus Ärger, als weil meine Gedanken so lebhaft arbeiteten. Dabei sagte ich mir etwa folgendes: Nach der Mitteilung in Deinem vorigen Briefe, Du habest von einem seiner Vertrauensmänner gehört, es werde etwas vorgebracht werden, was niemand mißbilligen könne, hatte ich Schlimmeres erwartet; was jetzt herausgekommen ist, scheint doch meinen Befürchtungen nicht zu entsprechen. Sodann – und damit suchte ich mich zu trösten – hat sich die ganze hochgespannte Erwartung der Ackeranweisung nun anscheinend auf die campanischen Ländereien entladen. Diese fassen, nimmt man an, jeder solle zehn Morgen erhalten, nur etwa 5000 Menschen. Somit wird sich zweifellos die ganze Masse der Übergangenen von ihnen abwenden. Wenn zudem etwas die Optimaten, die offenbar schon aufgebracht sind, noch weiter erregen kann, so ist es dies, um so mehr, als nach Aufhebung der Zölle in Italien und Aufteilung der campanischen Ländereien die einzige Abgabe hier im Lande die Freilassungssteuer ist. Eine einzige Volksversammlung wird wahrscheinlich mit dem Geschrei unserer Garde die ganze Sache zu Fall bringen.

Was unser Gnaeus sich dabei denkt, davon kann ich mir gar kein Bild machen:

„er bläst schon nicht mehr auf dem kleinen Rohr,
wild tutet er mit ganzer Kraft des Luftstroms“,

wo er sich jetzt auch dazu hat hinreißen lassen. Denn bisher wand er sich geschickt heraus: er billige die Maßnahmen Caesars, für die Art ihrer Durchführung müsse dieser selbst geradestehn; das Ackergesetz sei in seinem Sinne, ob Interzession statthaft gewesen

de rege Alexandrino placuisse sibi aliquando confici, Bibulus de caelo tum servasset necne, sibi quaerendum non fuisse; de publicanis voluisse se illi ordini commodare; quid futurum fuerit, si Bibulus tum in forum descendisset, se divinare non potuisse. nunc vero, Sampsicerame, quid dices? vectigal te nobis in monte Antilibano constituisse, agri Campani abstulisse? quid? hoc quem ad modum obtinebis? „oppressos vos“ inquit „tenebo exercitu Caesaris.“ non mehercule me tu quidem tam isto exercitu quam ingratis animis eorum hominum, qui appellantur boni, qui mihi non modo praemiorum sed ne sermonum quidem umquam fructum ullum aut gratiam rettulerunt. quod si in eam me partem incitarem, profecto iam aliquam reperirem resistendi viam, nunc prorsus hoc statui, ut, quoniam tanta controversia est Dicaearcho familiari tuo cum Theophrasto amico meo, ut ille tuus *τὸν πρακτικὸν βίον* longe omnibus anteponat, hic autem *τὸν θεωρητικόν*, utrique a me mos gestus esse videatur. puto enim me Dicaearcho adfatim satis fecisse; respicio nunc ad hanc familiam, quae mihi non modo, ut requiescam, permittit, sed reprehendit, quia non semper quierim. qua re incumbamus, o noster Tite, ad illa praeclara studia et eo, unde discedere non oportuit, aliquando revertamur.

Quod de Quinti fratris epistula scribis, ad me quod fuit „*πρόσθε λέων, ἔπιθεν δὲ* —“ quid dicam, nescio; nam ita deplorat primis versibus mansionem suam, ut quemvis movere possit, ita rursus remittit, ut me roget, ut annales suos emendem et edam. illud tamen, quod scribis, animadvertas velim, de portorio circumvectionis; ait se de consilii sententia rem ad senatum reiecisse. nondum videlicet meas litteras legerat, quibus ad eum re consulta et explorata perscripseram non deberi. velim, si qui Graeci iam Ro-